

est, intra substantiā non diuisum à substantia; sed non in substantia, quasi partem substantiæ; sed vt veram hypostasim. Et ita explicāda est propositio ambigua quòd Pater in sua substātia generet. Quod verò negant Patrem generare de sua substantia, heretico spiritu falluntur.

*Confirmatio.*

**C**onclusionem nostram etiam ex sacris Literis didicimus, Psal. 109. *Ex utero ante luciferum genui te.* Ait Pater ad Filium, *Ex utero*, hoc est, ex substantia; ita enim interpretatur S. Athanas. oratione 1. disputans contra Arium. Et S. Ambrosius de fide lib. 1. cap. 5. de generatione diuina locum exponit; & S. Hieronym. super hunc versiculum; eaque est etiam literalis interpretatio probatissimorum scholasticorum: etsi S. Iustinus de utero Virginico exponat, deq; humana Christi generatione, cum alijs.

Controuersiam autē fuisse Catholicis cū Arianis de re hac ostendit S. Athanas. lib. 1. disput. contra Ariū, qui concedebat Filiū Dei natū ex substantia Patris; de substantia verò Patris natum omninò negabat, ne permetteret esse cōsubstantialē. Quē S. Athanas. multis coarguit ibidē, & refert locū ex Euangelio, quòd de Patre Spiritus est, & ipse Filius de Deo exiuit; non solū ergo ex Patre, sed etiam de Patre: Arium verò sequi partes Photini dicentis Christum esse creaturam, dum negat genitum de Patre. Et lib. ad Theophilum idem docet. Et S. Ambros. libr. de fide contra Arianos cap. 3. hoc ipsum testatur, eos concedere Filium genitum ex Deo, sed non de Deo; ex lumine, sed non de lumine. S. Ioann. Damasc. 1. lib. fidei orthod. cap. 8. sic ait: *Nam impossibile est, vt ita dixerim, Deum esse destitutū natiue fecunditatis partu; partus autem cum ex se ipso, id est, ex propria substantia generat: Bene partus meminit in quo intuemur sobolem esse ex substantia parentis. Doctē autem explicat Patrem ex se ipso, hoc est, ex sua substantia generare: Magister verò explicabat ex substantia, hoc est, ex se generare. Et S. Cyrill. lib. 1. Theauri cap. 6. & 8. de Filio ait: Quoniam non de foris Patris*

*A accessit, sed ex ipsius essentia prodijt, similis in nobis genitori est.* Accipit autē præpositionem, ex, quasi de; & hoc significat S. Cyrill. dum ait Filium nō de foris accedere, sed ex essentia prodire. Et lib. 2. cap. 3. sapienter obseruat Deum Patrem esse, qui maxime generat ex se ipso; quia ex se ipso est: res autem creatæ non sunt ex se ipsis; & ideo dum generant, ad hoc vocantur à Deo: Deus autem solus est, qui ex se ipso ita generat, sicut & ex se ipso est. Et in tract. contra Pallad: *Ex utroque, id est, à Patre per Filiū essentialitèr profuit Spiritus Sanctus.* Quod ait, esse tialitèr, intelligit de essentia; vtriusque. Et S. August. lib. soliloq. similiter dicit essentialitèr procedentem de utroque. Idem docet S. Basil. lib. 3. contra Eunomium. S. verò Hilar. lib. 6. de Trinitate eleganter idem docet his verbis: *Natiuitas autem Dei, que ex Deo in Deū existit, non que non erant, tenuit; sed qua in Deo manebat, & manent, obtinuit veritate nascendi.* Quibus verbis explicat processionem diuinam ita ex Deo in Deum esse, vt eadem Deitas maneat in generante, & genito; Et postea lib. eodē ait Filium Dei exiisse à manente; quia generans manet in genito; præpositionē autem, ex, pro, de, vsurpat: Et idem docet lib. de synodis. S. Ambros. lib. 1. de fide cap. 2. generationem Filij explicat. *Vt ex Deo Deus, ex manente manens, plenus ex pleno sit:* Et lib. 4. de fide c. 4. ex substantia Patris genitum esse disputat: Et initio statim libri, quē edidit contra Arianos, ait eos dicere Filium Dei mutabilem, & conuertibilem; eò quòd negent existere de propria Patris substantia. Idē docet S. Aug. 15. de Trinit. c. 15 & cap. 19. & lib. 3. contra Maxim. c. 14. & lib. ad Orosium. Et S. Fulgentius de fide ad Petrū cap. 2. S. Hieronym. Psal. 109. Filium ait genitum ex utero, hoc est, de substantia Patris, & de medullis Deitatis, vt ait. vbi præpositionem, ex, rectè conuertit in, de, notatque etiam artificem non de se operari, quod S. Thom. obseruauit. Et idem confirmat Victor Episc. ad Huneric. S. verò Anselmus Monolog. cap. 38. non solū ait creatorem esse de creatore, & summum de summo; sed vt magis exprimeret hanc veritatem substantiæ, sic inquit. *Et ut plenè breuitate omnimoda absol-*

*uatur*

Hæc ambigua Pater diuinus generat Filiū in sua substantia, explicatur.

28. Psal. 109. Ex utero, id est, ex substantia.

S. Athanas. S. Ambros.

S. Hieron. Est etiam scholasticorū interpretatio literalis. Aliter S. Iustinus.

29. S. Athanas. contra Arium qui cōcedebat natum ex substantia, sed de substantia negabat, Arguit 1. ex Ioann. 15. Arguit 2. ex Ioann. 13. & 16. vt cap. 8. n. 13. Idem. S. Ambros.

S. Damasc.

Seipsum interpretatur vt n. 17. contra Magist. S. Cyrilli 1. locus.

Secundus. Obseruat Deū Patre esse qui maxime generat ex se ipso, quia ex se ipso est.

3. locus.

S. August.

S. Basil.

S. Hilary explicantis in Deo consubstantialitatem generantis, & geniti, 1. locus.

Secundus.

Tertius. S. Ambros. consonat.

S. August.

S. Fulgent. S. Hieron. ad locum Psal. 109.

Victor Episc. S. Anselm.

Verba eius obseura.

explēatur.

uatur similitudo, idem ipsum est de eodem ipso. Quæ verba obscura sunt, ita autem explicanda, vt idem ipsum secundum substantiam, scilicet personam in substantia eadem, sit de eodem ipso, hoc est, de persona, quæ secundum substantiam est idem. Denique certissimū est hoc fidei assertum, in quo omnes Patres consentiunt: ij verò, qui commemorati sunt rem clariùs etiam docuerunt, differueruntque; & locis ferè iisdē Filium non esse factum ex nihilo, neque verò ex parte substantiæ, disputatum reliquerunt.

30.

Quòd verò Spiritus sanctus de substantia etiam Patris, & Filij procedat, dubitandum non est; cum in hac etiam processione eadem substantia maneat in producentibus, & in producto. Testantur autem idem de Spiritu sancto S. Iustinus de recta confessione initio scribendi: *Quoniam (inquit) propriam essentiam Pater Filium genuit, & ex eadem produxit Spiritum.* Et S. Ioann. Damascen. 1. lib. fidei orthodox. cap. 8. & 9. Et S. Athanasius initio libri de unitate S. Trinitatis, & lib. aduersus Potentium etiā in principio. Et S. Cyrill. lib. 13. Thesau. cap. 1. ad finem, & S. Ambros. lib. de fide contra Arianos ad finem.

S. Iustin.

Damascen.

S. Athanas.

S. Cyrillus.

S. Ambros.

31.

Concilia

Lateran.

Nicen.

Ephes.

Tolet. 11.

annuus tradita interpretationi ad locum Pl. 109.

Definita est hæc veritas à Concilio Lateranensi, vt legitur, cap. *Damnatus.* Qui scilicet Pater, totam substantiam suam dedit Filio. Et in Concilio Niceno, & Ephesino in epistola ad Nestorium, Filium Dei esse unigenitum, hoc est, ex substantia Patris decernitur. Et contra asserentes Filium esse ex nihilo, aut ex altera substantia, siue essentia genitum esse, in Concilio Tolet. in confessione fidei sic dicitur: *Filius non ex nihilo, aut ex alia substantia, sed ex utero Patris, id est, ex substantia, genitus credendus est.* Quo in loco annuit interpretationi Patrum, in illud; *ex utero genuit,* hoc est, ex substantia mea.

PARS SECVNDA.

*Persona diuina non procedit à principio quasi materiali; sed quasi formali.*

1. sentent. inscriptioni opposita. Durand. Henric.

Circa partem posteriorem huius cap. Durand. d. 5. q. vltima. Et Henricus in Summa art. 54. q. 3. & art. 58. q. 1. &

A 59. q. 2. & quodlib. 5. q. 9. existimant essentiam diuinam imitari materiam, & esse principium quasi materiale in diuina generatione, cum dicimus Filium de essentia gigni. Nam materia quædam habet, quæ sunt perfectiones simpliciter, & in diuina quoque processione inueniuntur: vt quòd eadem maneat in generatione; & quòd sit principium consubstantiale; & quòd non incipiat esse per generationem: cum ergo essentia diuina eadem maneat, & sit principium consubstantiale, quod non incipit esse per generationem; consequens est, vt habeat rationem materiæ: maximè cū in diuina generatione hoc potissimum attendatur, quòdnam sit consubstantiale principium, de quo sit generatio; sed in rebus creatis forma non est principium consubstantiale; cum non eadem sit in generante, & genito, sed sola materia; ergo cum dicimus Filium genitum de essentia, quasi generationis materiā ostendimus. Hæc sententia placuit S. Thomæ in 1. d. 5. q. 2. art. 1. ait enim accedere ad similitudinem materiæ diuinam essentiam, cum dicitur Filius de essentia genitus. Et S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugen. cap. 6. videtur sentire quòd præpositio, de, significet solam causam materialem, sic enim ait: *Ex quo omnia, non de quo; quia non est materia Deus.* Cum ergo dicitur Filius genitus de essentia Patris, indicatur essentia, quasi materia, remota tamen imperfectione materiæ, quæ est ens in potentia; sic enim & Durand. & S. Thomas sentiunt, nec non etiam Henric. Gandau. in sua Summa. Marius etiam Viç. lib. 1. contra Arium ait spiritum, id est, Deitatem esse matrem Iesu supra & deorsum; id est, diuinitus, & humanitus: ergo Deitas in generatione est quasi materia, quæ imitatur matrem, vt in Psalmo canimus, *Ex utero genuit te.*

B

C

D

D

D

59. q. 2. & quodlib. 5. q. 9. existimant essentiam diuinam imitari materiam, & esse principium quasi materiale in diuina generatione, cum dicimus Filium de essentia gigni. Nam materia quædam habet, quæ sunt perfectiones simpliciter, & in diuina quoque processione inueniuntur: vt quòd eadem maneat in generatione; & quòd sit principium consubstantiale; & quòd non incipiat esse per generationem: cum ergo essentia diuina eadem maneat, & sit principium consubstantiale, quod non incipit esse per generationem; consequens est, vt habeat rationem materiæ: maximè cū in diuina generatione hoc potissimum attendatur, quòdnam sit consubstantiale principium, de quo sit generatio; sed in rebus creatis forma non est principium consubstantiale; cum non eadem sit in generante, & genito, sed sola materia; ergo cum dicimus Filium genitum de essentia, quasi generationis materiā ostendimus. Hæc sententia placuit S. Thomæ in 1. d. 5. q. 2. art. 1. ait enim accedere ad similitudinem materiæ diuinam essentiam, cum dicitur Filius de essentia genitus. Et S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugen. cap. 6. videtur sentire quòd præpositio, de, significet solam causam materialem, sic enim ait: *Ex quo omnia, non de quo; quia non est materia Deus.* Cum ergo dicitur Filius genitus de essentia Patris, indicatur essentia, quasi materia, remota tamen imperfectione materiæ, quæ est ens in potentia; sic enim & Durand. & S. Thomas sentiunt, nec non etiam Henric. Gandau. in sua Summa. Marius etiam Viç. lib. 1. contra Arium ait spiritum, id est, Deitatem esse matrem Iesu supra & deorsum; id est, diuinitus, & humanitus: ergo Deitas in generatione est quasi materia, quæ imitatur matrem, vt in Psalmo canimus, *Ex utero genuit te.*

Nihilominus dicendum est Filium gigni de essentia Patris, quasi de formali, non quasi de materiali principio. Aduertere enim opus est, quòd agens creatum non potest traducere eandemmet formam suam in genitum, sed solam materiam; propterea quòd forma creata est finita; finitum autem quod est, oportet diuidi, vt alia forma maneat in genere, & alia producat in genito: quare materia, quæ transfunditur in genitum, infinita

Argumentū.

Confirm.

Placuit

S. Thomæ in 1.

S. Bernardi locus significans, de, indica resolam causam materialem.

Marius Viç. consonus Pl. 109.

2. Sent. in descriptione asserta.

Ostenditur 1. de principio formali.

Forma creata non potest eadem à creato generare traduci in genitum. 1. Ratio, quia est finita.

Ma teria est in

finita, i. inde-  
terminata, &  
 imperfecta.

2. Ratio.  
 Videndus lib.  
 1. cap. 24. p. 3.  
 n. 2. & 3.

Forma increa-  
ta eadem a ge-  
nerante comu-  
nicatur geni-  
to, per genera-  
tionē scilicet perfe-  
ctissimam.

1. Ratio.  
 Forma Deita-  
tis infinita est.  
 2. Ratio.  
 Esse est idem,  
& non recep-  
tū in essentia,  
& infinitum.

3.  
 Oste nditur 2.  
 de utroque.  
 Deitas est pro-  
priè forma a  
qua nostro  
modo intelli-  
gendi personę  
habent esse:  
Et ut forma, est  
principiū con-  
substantialē in  
generante, &  
genito, ut i. p.  
n. 24.

4.  
 Ad arg.  
 Durand.  
 In natura rerū  
sola materia  
imitatur consu-  
bstantialē prin-  
cipiū diuinę  
generationis.  
 Forma eadem  
manens in ge-  
nerante, & ge-  
nito si daretur

infinita est, ut possit esse subiecta diuer-  
sis formis; quę tamen infinitas materię,  
 imperfectio est. Pręter hæc autem for-  
ma, quia dat esse, si eadem esset in gene-  
rante, & in genito, idē esset esse vtriusque;  
 quod si esset vnum esse generantis, &  
 geniti in creaturis, esse non reciperetur  
 in essentia; esse enim receptum diuidi-  
 tur in ijs, in quibus recipitur, quia fini-  
 tum est, ut docet S. Thom. & idcirco a-  
 gens creatum habet esse distinctum ab  
 essentia; & essentiam, & esse distinctum  
 a genito: quare & in rebus creatis for-  
 ma, quę dat essentiam, & dat esse, neces-  
 se est, ut sit distincta in generante, & ge-  
 nito. Cōfectarium verò est, quod in ge-  
 neratione diuina, principiū consubstan-  
 tiale nō sit materia, quę nulla in Deo est;  
 neq; quasi materia, sed quasi forma; quę  
 forma in generatione diuina perfectis-  
 sima, eadem est in generante, & genito:  
 generans enim expetit communicare  
 similitudinem, quę est secū dum formā:  
 ea ergo perfectissima generatio est, in  
 qua principiū consubstantialē, quod  
 manet in generante, & genito, non est  
 materia, sed forma: est autem eadem  
 forma Deitatis infinita, quę possit esse  
 eadem in generante, & genito; & esse  
 est vnum, & non receptum in essentia; &  
 ita omnia quadrant.

Res igitur ita videtur decernenda,  
 ut certum statuamus essentiam diuinam  
 esse principiū, non quasi materiale,  
 sed quasi formale geniti; essentia enim  
 diuina est verè, & propriè forma, non  
 quę dat esse ut causa, sed a qua nostro  
 modo intelligendi personę habent esse:  
 eadem autem manet in generante, &  
 genito, quę est ratio principij consub-  
 stantialis; ergo cum principiū formā-  
 le, & consubstantialē, sit forma, & non  
 materia in diuina generatione; cum di-  
 citur Filius genitus de essentia, essentia  
 planè significatur, ut principiū formā-  
 le, nō materiale.

Controuersia autem videtur dirimē-  
 da: nam si quęras in natura rerum, quę-  
 nam res imitetur consubstantialē prin-  
 cipiū diuinę generationis, ea est sola  
 materia: non enim forma manet in ge-  
 nito, sed sola materia: quod probant  
 facillè argumenta Durandi. Sed tamen,  
 si in rebus creatis fingamus animo for-  
 mam, quę maneret in ipso genito; ea  
 potius forma, quàm materia diceretur

A imitari principium formale diuinę ge-  
nerationis: si verò Deus prius tēpore  
 crearet animum rationalem, & deinde  
 ipsum infunderet corpori, & hominem  
 conderet, ille homo non esset creatus  
 ex nihilo, sed factus de aliquo; & non  
 de materia, sed de forma præcedente;  
 sed neque de forma, tanquam de prin-  
 cipio consubstantiali: quare potius ex  
 forma, quàm de forma diceretur homo  
 ille conditus, iuxta ea, quę docuimus.  
 Filius autem Dei de forma Deitatis  
 propriè genitus est, quia Deitas est for-  
 male principium, & est consubstantialē  
 in generante, & genito. Sed, etsi huius  
 rei non reperiāmus exemplum in rebus  
 creatis, non ideo dicendum est princi-  
 pium formale diuinę generationis esse  
 quasi materiam, quę est quid imperfe-  
 ctum ex propria ratione; sed potius di-  
 cendum est essentiam diuinam esse qua-  
 si formam, quę tamen sit consubstantia-  
 le principium.

B In ea verò re non probè philosopha-  
 tur Durandus, qui considerat diuinam  
 essentiam, quasi materiam, eò quod  
 adueniant illi proprietates personales,  
 sicut materię aduenit forma: nā proprie-  
 tates nō perficiunt essentiam, & idcirco  
 nō adueniunt, ut forma materię, sed ut  
 proprietates formę. Imò attributa ad-  
 ueniunt essentię, non ut materię, etiam  
 si sint perfectiones essentię; quia non  
 perficiunt essentiā, quasi imperfectā, sed  
 perficiunt essentiam explicando con-  
 ceptum, ut actus distinctim cognitus ad  
 actum confusè cognitum accedens. Ni-  
 hil ergo ut materiam licet in Deo cogi-  
 tare, sed omnia modo perfectissimo co-  
 gitanda sunt, ut actus, & forma. Et ita  
 infirmantur argumenta Durandi. Qui-  
 bus etiam satisfacimus verbis Tertull.  
 contra Hermogenem dicentem mate-  
 riam Deum. Quia materia est primum  
 principium corporeorum: respondet  
 Tertull. rectissimè non statim materiā  
 comparari Deo, si quid Dei habet.

C Quod si arguas natiuitatem ordine  
 rationis antecedere Filium, & coniun-  
 gicū natura diuina, quasi cum subie-  
 cto, siue materia, ut & in rebus creatis.  
 Hoc secundum negandū est; nam mate-  
 ria disponitur, & est subiectum genera-  
 tionis, quatenus sic disposita antecedit  
 formam: natura autem diuina non dis-  
 ponitur, neque habet se, ut subiectum;  
 sed

melius illud  
 imitaretur.  
 Si verò anima  
 prius tempore  
 creata infunde-  
 retur corpori,  
 non esset prin-  
 cipiū consub-  
 stantiale: vnde  
 homo ille po-  
 tius ex ea, quā  
 de ea diceretur  
 conditus, ex  
 traditis i. p.  
 n. 5.

5.  
 Ad aliud arg.  
 eiusdem.

Respond. 1.  
 Proprietates  
 personales ad-  
 ueniunt essentię  
 non ut formę  
 seu perfectiones  
 materię, sed ut proprie-  
 tates formę.  
 Respond. 2.  
 Non perficiunt  
 illam saltē ut  
 imperfectam,  
 sed explicando  
 conceptum il-  
 lius confusum

Respond. 3.  
 Ex Tertull.  
 Nō statim cō-  
 paratur mate-  
 ria Deo, si qd  
 Dei habet.

6.  
 Obiect.

Respons.  
 Natura diuina  
 nō disponitur

ad natiuitatē, neque coniu-  
gitur cum illa  
vt subiectum,  
sed vt princi-  
piū rei genite,  
quod dicitur  
passiua poten-  
tia solū gram-  
maticaliter.

Ad S. Bern.  
Ad Mariū.  
1. interpreta-  
tio.

2. interpretat.

7.  
1. confirm.  
Ad Philip.  
2. n. 6.

Deitas est for-  
ma separata.  
Itē angeli e-  
tiam iuxta  
Rabbinos  
apud Genebr.

Pro Deitate  
formā inter-  
pretatur  
S. Ambros.  
S. August.  
S. Hieron.  
S. Athanas.  
S. Nazian.  
S. Gr. Nyss.  
S. Hilarius.  
S. Cyrill.

1. Confirm.  
S. August.

Marius Vic.

Ipsē se expli-  
cat.

sed solū coniungitur cum natiuitate,  
vt principium rei genitæ: & licet dica-  
tur passiua potentia, sola significatione  
grammatica ita nuncupatur, vt docui-  
mus. Neque verò S. Bernardus dixit  
Filium esse de essentia, quasi de mate-  
ria, sed præpositionem significare ma-  
teriam, scilicet, in rebus creatis; cuius  
loco in diuinis formā ponimus, de qua  
genitus procedit. Marius autem ma-  
trem dicit Deitatem; quia de substan-  
tia Filius gignitur, sicut dicit Psalm:  
*ex utero*. Tertull. contra Praxeam *ex*  
*vulua cordis* dixit, quod Psalm. *ex*  
*utero*, quæ symbolica sunt, & non faciūt B  
argumento. Vel fortè Marius dixit ma-  
trem Deitatem, ne illam diceret Patrē,  
quia Deitas non generat.

Confirmatio.

**D**Octrina hæc consentanea est sacre  
Scripturæ verbis, dicente Paulo de  
Filio Dei: *Qui cum in forma Dei esset.*  
scilicet in forma Patris; quo loco Dei-  
tatem appellauit formam, non illā quæ  
est pars compositi, sed quæ est separata  
à materia. Et angelos quidem esse for-  
mas separatas Rabbinorum peritiores C  
docuerunt, vt videre licet apud Gilbertum  
Genebr. ad Schegkium pag. 172.  
quod etiam autoritate Patrum ibidē  
conuincit. Sed ad locum Pauli, pro es-  
sentia formā interpretatur S. Ambros.  
lib. 2. de fide cap. 4. & epist. 44. Et S. Au-  
gust. 1. de Trinit. cap. 13. & 34. contra  
Maximum cap. 5. Et S. Hieronym. ad  
Titum 1. S. Athanas. serm. 4. contra  
Arium. S. Gregor. Nazian. oratione  
5. Theolog. S. Greg. Nyssen. lib. de ser-  
mone in monte. S. Hilar. 8. de Trinit.  
S. Cyrill. lib. 3. Thesauri cap. 1. & 2. Itaq;  
constat ex Patrum sententia diuinam D  
essentiam dici à Paulo formā, Filiumq;  
Dei esse in forma Dei; vnde est conse-  
quens, vt de forma ipsa procedat: pro-  
cedit ergo de essentia, non vt de mate-  
ria, sed vt de forma. Vnde S. August. cō-  
tra Maxim. cap. 17. Filium Dei ait neq;  
de nihilo esse, neq; de materia; & est de  
aliquo: est ergo de forma. Marius Vic.  
lib. 1. aduersus Arium, negat Filiū esse  
ex nō subiecto: quod si est quasi ex sub-  
iecto, est quasi ex materia: sed ipse ex-  
plicat, nō esse ex nō subiecto, hoc est, ex  
nihilo; sed esse ex substātia Patris: & nō

**A** negat esse de Patris substātia, tanquā de  
forma. Et hæc est sententia S. Tho. 1. p.  
q. 41. art. 3. ad 2. quicquid in lib. senten-  
tiarum docuisset; à quo non dissentit  
Ioann. Scotus d. 5. q. 3. S. Bonauen-  
tura art. 1. q. 2. Marsil. q. 9. art. 2. Gre-  
gor. Arimin. art. 1. & Thomistæ conse-  
quuntur. Legendus est Ioann. Capreol.  
d. 5. q. 2. 8.

CAPVT LXIII.

*Terminus formalis Diuine processio-  
nis est essentia.*

**T**erminus generationis est duplex;  
sicut & principium; nam in Philo-  
sophia nouimus principium quod ope-  
ratur, quod est ipsum agens; & prin-  
cipium quo agens operatur, quod est  
forma agentis. Ita generationis, quæ  
terminatur ad agendum, duplex est ter-  
minus, scilicet ipsum genitum, quod  
Ioannes Capreolus d. 5. vocat terminum  
totalem, sed meliùs, ac latiniùs  
dicimus terminum ad quem: alius ve-  
rò est terminus formalis, scilicet for-  
ma geniti: nam aliquid dicitur geni-  
tum, quatenus formam acquirit; & in  
omni productione, siue substantiæ, si-  
ue accidētis, forma est terminus; & hy-  
postasis simul cum forma est terminus  
ad quem: hypostasis enim est id, quod  
operatur, & id quod terminat opera-  
tionem. Et quoniam ordine intelligen-  
tiæ terminus formalis est prior termi-  
no ad quem, sicut forma est prior com-  
posito; in diuina processione terminus  
formalis est essentia, quæ etiam cog-  
nitione antecedit personam proceden-  
tem, quæ est vltimum, & terminus ad  
quem, de termino formali priùs nobis  
disputandum est.

Aureolus apud Ioann. Capreol. in. 1.  
d. 5. art. 2. multis confirmat essentiam  
diuinam non esse terminum formalem.  
Cuius sententiæ illud est caput, quod  
terminus formalis sit res producta per  
operationem; essentia autem diuina nō  
est res producta: ergo non est terminus  
formalis. Durandus d. 5. q. 2. idem  
sentit ferè ratione eadem, scilicet,  
quia ait terminum formalem esse prin-  
cipiatum, & rem distinctam à princi-  
pio formali; ergo non potest intelligi,  
quod diuina essentia, quæ est res vna,

Y Y sit

Sententia  
S. Thom.  
Scot.  
S. Bonau.  
Greg. Arimi.  
Capreol.

1.  
Terminus ge-  
nerationis du-  
plex.  
1. totalis.  
Capreol.  
seu meliùs ter-  
minus ad quē.  
2. formalis.  
Declaratur.

2.  
1. Sent. inscrip-  
tioni opposi-  
ta.  
Aureol. apud  
Capreolum.  
Fundamentū.  
Idem ferè est  
Durand.

fit principium formale, & terminus: quia esset principium, & principiatum. *Greg. Arimin.* reprehendit distinctionem istam termini ad quem, & termini formalis in diuina processione; quia isti termini sunt res distinctæ: at verò diuina essentia, & persona procedens non sunt res distinctæ, sed vna res; ergò non sunt duo termini.

3.

Hæc quidem existimatio Gregorij vana est; nam multa rectè philosophamur de Deo, cum sola distinctione rationis illa discernamus; vt quòd intellectu intelligat, & non voluntate; & alia penè innita: quare etsi essentia diuina, & persona sit res vna; cum hæc duo intelligentiâ distinguamus, rectè inquirimus; siue essentia terminus formalis, an potius persona? Durandus questionem aliam tractat; scilicet quòd diuina essentia non sit principium generationis; quia non distinguitur à principiato, scilicet à genito. Quod fundamentum iam antea diruimus. Et eodem modo dicimus diuinam essentiam esse terminum formalem, sicut & formale principium: etsi essentia, quæ est terminus, non sit principiatum, sed quasi forma principiatæ, scilicet Filij, simul cum Filio terminans generationem; Filium autem principiatum, id est, de principio procedentem dicimus.

*Ad Durand.* negantem Deitatem esse principium formale generationis: *Responsio* vt c. 26. p. 1. n. 7.

*Essentia quæ est terminus, non est principiatum.*

4.

2. sent. verain inscriptione asserita. *Probatur 1.* Formalis terminus actionis est principialis forma quam agens communicat. *Exempl.*

*Probatur 2.* euidenter. Terminus formalis est forma dans esse producto, seu est ille per quem vel quo agens ad terminum vltimum terminatur.

Est igitur constans sententia, quòd essentia diuina sit in vtraque processione terminus formalis: principalis enim forma, quæ communicatur, est formalis terminus actionis; vt in generatione hominis animus est terminus formalis, & in generatione ignis forma ignis; sicut enim forma est principium operandi, ita eadem est operationis terminus: agens enim formam comunicat, in quo etiam est similitudo agentis ad passum in vnitatem formæ fundata. Hoc idem euidenter ostenditur; terminus enim ad quem est id, quod producitur: terminus verò formalis est forma ipsa dans esse producto, est quippe terminus formalis, per quem agens ad terminum vltimum terminatur, seu quo terminatur ad terminum vltimum, sicut principium formale est, quo agit: sed essentia diuina est forma comunicata per vtramque processionem, & est principium formale personæ productæ, & procedentis dans esse illi, nostro modo intelligendis;

ergo est formalis terminus: imò ideò est perfectior generatio, quia principium, & terminus formalis generationis est vna essentia, vt admonet S. Thomas 1. p. q. 41. art. 5. & de potent. q. 2. art. 2. ad 3. Deinde processio diuina significat quandam perfectionem; verbi gratia, natiuitas, siue spiratio passiva; perfectio autem natiuitatis estimatur penes terminum formalem. Hæc est ergo perfectio diuinæ natiuitatis, quòd terminatur ad essentiam diuinam. Illud etiam accedit, quòd ad relationem non est per se motus, vt docet Aristot. 5. physic. tex. 10. & lib. 11. Metaph. tex. 12. Sed in Deo nihil est nisi relatio, & essentia; ergo generatio, siue processio principaliter ad essentiam terminatur, non ad relationem.

B

Non est autem necessarium, vt terminus formalis, qui est res data, & accepta; & est forma quædam, in qua est comunicatio, sit res producta per eam actionem, per quam comunicatur, vt vult Ariminens. Obseruandum enim est, quòd etiã in rebus creatis non semper producitur forma, quæ est terminus formalis operationis: nam animus rationalis est terminus formalis generationis humanæ, animus quippe est, quo homo gignitur, vt diximus, & tamen animus non efficitur per generationem: & idem animus est terminus formalis nutritionis per hoc, quòd coniungitur cum noua parte materiæ; & est etiam illius actionis terminus, qua mortui excitandi sunt ad vitam; & his actionibus, quarum est terminus, non producitur. Et humanitas, quæ est in Christo, est terminus formalis assumptionis; & tamen nõ producitur per assumptionem: & Corpus Christi est terminus formalis transubstantiationis, qua conuertitur panis in Corpus Christi; & tamen Corpus Christi non producitur per eam actionem, cù prius extet productum. Nihil ergo mirum est, quòd terminus formalis diuinæ generationis non sit productus, & quòd sit comunicatus.

C

D

Verum enim verò discrimen est inter diuinam processionem, & actionem creatam; quia cum causa distinguatur essentia, & existentiâ ab effectu, seper actio creata confert esse ex non esse, ita vt nouum esse, siue nouam existentiam tribuat; vel saltem ad existentiam antecedentem trahit rem productam; vt qui efficit circum-

Perfectior generatio est cuius principium, & terminus est vna essentia. *S. Thom.* *Probatur 3.* Processio diuina significat perfectionem, quæ penes terminum formalem, scilicet, essentiam estimatur. *Probatur 4.* Ad relationem non est per se motus. *Aristot.*

5. Conuenientia inter processionem creatam, & incretam. *Cõtra Greg.* Quòd etiã in rebus creatis est terminus formalis actionis, non productus per illam, vt animus rationalis est terminus generationis. Item nutritionis. Item resurrectionis.

Sic humanitas Christi est terminus assumptionis. Item Corpus Christi transubstantiationis.

6. 1. Discrimen inter processionem creatam, & incretam. In omni actione creata est, vel noua existentia, vel saltem nouus modus existentie antecedentis.

lum,

Noui modi  
1. exemplum  
in effectione  
circuli.

Secundum in  
assumptione  
humanitatis.

In 1. exemplo  
forma produci  
tur.

In 2. non pro  
ducitur.

Nec in gene  
ratione huma  
na,

Nec in conuer  
sione panis in  
Corpus Chri  
sti.

7.

Natura diuina  
per hoc ipsum  
comunicatur,  
quia persona  
producitur in  
natura eadem.

8.

2. discrimen.  
In creatis co  
positam, non  
forma, proprie  
producitur.

Aristot.

Forma copro  
ducitur,

S. Thom.

lum, non tribui illi nouam existentiam, sed eam quæ est quãtitatis, extendit, ac dilatat, vt figuræ sit communis. Et Verbum trahit humanitatem assumptione ad existentiam diuinam (tamen si nulla ibi fuerit actio Verbi, quæ non fuerit totius Trinitatis, vt tom. 4. elucidabimus.) Semper autem actio creata terminatur ad rem productam, vel cũ noua existentia, vel cum nouitate existendi. Et quia forma est, quæ dat esse; vbi esse est nouum, forma etiam noua est, & producta; vbi autem esse non est nouum, sed est nouitas existendi, vt in circulo, qui denuò existit existentia quantitatibus; & humanitas existit existentia Verbi, non semper producitur forma: sed circulus quidem producitur, quia nulla alia actio terminatur ad circulum, nisi ea, per quam incipit esse: humanitas autem non producitur per assumptionem, quia per generationem est producta. Anima autem rationalis non producitur per generationem; quia per creationem producta est. In omni tamen actione creatã, est vel noua existentia, cum qua necesse est nouam formam produci, quia forma dat esse: vel nouus modus existentie antecedentis, cum quo vtrumlibet accidit, & quòd forma producat, vt in circulo; & quòd non producat, vt in assumptione humanitatis, & in conuersione panis in corpus Christi; semper tamen cũ nouo modo existendi producitur antecedenter nouus modus entis illius, quòd nouo modo existit, vt tom. 4. elucidabimus.

At verò in diuina processione ipsum esse diuinum vnũ est; & non est nouum esse, neque nouitas, aut nouus modus existendi; quare consequens est, vt non producatur villo modo forma, quæ dat esse: sed duntaxat producitur persona, quæ accipit naturam, & esse; ipsa autem natura per hoc ipsum comunicatur, quia persona producitur in natura eadem.

Aduertendum adhuc est ex mente Aristot. 8. Metaphysic. tex. 3. quòd proprie fit, esse ipsum compositum; & 7. Metaphysic. tex. 27. ait formam non proprie fieri. Et ita terminus formalis, scilicet forma ipsa compositi, non proprie fit; sed fit cum composito, siue coproducitur, vt aiunt, hoc est, cum alio producitur, non per se separatim; quòd scitè docet S. Thom. 1. p. q. 65. ar. 4. & q.

A 45. ar. 4. Et ita intelligendum est id, quòd docet Comentator 7. Metaph. tex. 31. quòd generans generat formam, scilicet per accidens simul cum genito. At verò essentia diuina ita est terminus generationis, quòd neque producitur, neque coproducitur; quia neque per se, neque per accidens, siue per aliud producitur, aut ratione alterius, vt docet S. Thom. q. 39 ar. 5. ad 2. Diuina enim essentia non est res generabilis; quia non habet principium, cum ipsa sit primũ ens, vt lib. 3. docebimus. Sed hoc nõ obstat (vt comonstrauimus) quòd minus sit terminus formalis generationis, siue etiam spirationis: eadem enim est ratio vtriusque processione, quoad hoc.

Sed contra hæc obijcit Guilielmus Ocham apud Ioan. Capreol. d. 5. nam si Deus crearet animũ rationis copotem: antequam crearet materiam, in quam animũ infunderet, vt esset antecessio temporis; materia illa esset terminus formalis creationis, & non aliam ob causam, nisi quia esset res de nouo producta: pertinet igitur ad rationem formalem termini, vt sit res producta. Respondet Capreolus, hominem illum esse creatum, utpote de materia tunc creata, cuius tamẽ creationis terminus formalis esset, nõ materia, sed animus rationalis. Sed hoc non videtur verosimile; homo enim ille non esset creatus, cũ factus esset de aliquo, scilicet, de animo rationali præexistente, vt antea docuimus. Sola ergo materia esset denuò creata actione terminata ad solam materiam, cuius ipsa esset non terminus formalis, sed ad quem, siue totalis, seu totus terminus. Et alterã actione de partibus productis fieret totum, coniungendo partes, cuius actionis producentis totum, terminus formalis esset anima. Quòd autem ait Capreol. materiam non esse capacem creationis, vt ipsa sit terminus, fallitur maximè: nam etsi per se sine forma materia nõ possit existere; tamẽ potest materia creari, ita vt actio creandi materiam sistat ibi; & non conferat existentiam, sed adueniat existentia per formam: sicut etiam generatio naturalis nature assumptæ, productã naturã illã substituit; & data est nature humanæ existentia diuina: neque tamen sequitur, quòd materia sit terminus creationis formalis, sed terminus ad quem.

C

D

Auerruoes explicatur.

Deitas nõ producitur, nec coproducitur.

S. Thom.

Ratio.

Primũ ens nõ habet principium.

Est tamen terminus formalis productionis.

9.

Obiectio

Ochami apud

Capreolum.

in hypothesi

de homine facto ex anima

rationali præexistente.

Refellitur.

Creationis de

nũdũ existentis

terminus ad quem esset ma

teria:

Generationis

terminus ad quem esset to

tum, terminus formalis esset

anima.

Materia est ca

pax vt sit terminus creatio

nis ibi sistens, seu non cõferentis existentiam.

Exemplũ naturalis generatio

nis nature nature assumptæ.

10.  
Notandum.  
Diuina essen-  
tia est termi-  
nus formalis  
addita relatio-  
ne personali.  
S. Thom.  
Probatur ex  
dictis cap. 26.  
p. 2. n. 2.  
Terminus ge-  
nerationis est  
proprius Filij.

11.  
S. Thom.  
Scot.  
Capreol.

Finiamus caput per necessaria nota-  
tione, quod diuina essentia sit terminus  
formalis addita relatione personali;  
quod docet S. Thomas in 1. d. 13. q. 1.  
art. 2. ad 3. Nam ob causam eandem,  
qua dicimus diuinam essentiam esse prin-  
cipium originis addita relatione; quia  
potentia generandi non est comunis, sed  
propria Patris; & ita est essentia, prout  
est in Patre: ita terminus generationis,  
non est communis sed proprius Filij. Et  
ita essentia, prout est in Filio, est termi-  
nus generationis, & prout est in Spiritu  
Sancto, est terminus spirationis.

*Confirmatio.*

Q Vòd diuina essentia sit terminus  
processionis diuinæ, siue genera-  
tionis, siue spirationis, affirmat S. Tho-  
mas 1. p. q. 42. art. 6. ad 3. & in 1. d. 5.  
q. 3. art. 1. & d. 13. q. 1. art. 2. Cum quo  
Ioann. Scotus concordat d. 5. q. 2. &  
d. 7. q. 2. Quam questionem tractat lon-  
gissimè Ioann. Capreol. d. 5. coaptans  
responsiones plurimis argumentis Au-  
reoli, Ochami, Gregorij, & Durandi,  
quæ difficultatem non faciunt.

C A P V T L X I I I I.

*Processiones diuinæ ex terminis for-  
malibus formaliter distinguuntur.*

C Vm capite præmissio comprobatū  
sit diuinam essentiam esse termi-  
num formalem processionis; ad hoc, vt  
ostendamus duas processiones diuinas  
distingui ex terminis formalibus, duos  
terminos formales oportet illis attri-  
buere, quod faciemus parte priori capi-  
tis: Parte secunda ostendemus ex ijs  
terminis distinctis peti processionum  
diuinarum formalem distinctionem.

P R I O R P A R S.

*Duabus processionibus diuinis duo ter-  
mini formales attribuuntur.*

1.  
Præsuppositū.  
Duæ processio-  
nes diuinæ ha-  
bent duos termi-  
nos forma-  
les distinctos.  
Ratio.

S Vpponendum nobis est in ista con-  
trouersia diuinas processiones ha-  
bere distinctos terminos formales.  
Quia etsi vtraque processio conueniat  
in termino formali præcipuo, quod est  
essentia; oportet vt aliàs habeat alte-  
ra, & altera distinctos terminos forma-  
les; quia sicut operatio non potest intel-  
ligi sine termino formali, ita neq; distin-

ta operatio sine distincto termino: nisi  
fortè sit distinctio operationum ex mo-  
do operandi, vt eadem anima creata à  
Deo est terminus formalis creationis; &  
inducta in corpus a generante est termi-  
nus formalis generationis: sed hæc duæ  
actiones differunt modo ipso agendi:  
præterquam quod & ipsa forma diuersi-  
modè se habet ad vtranq; actionem; nã  
ad creationem est terminus productus  
per illam accipiēs esse; & ad generatio-  
nem est terminus nō accipiēs esse, sed  
cōmunicans esse: cum ergo diuinæ pro-  
cessiones eodem omninò modo opera-  
tionis cōstent; sunt enim æternæ, immu-  
tabiles, & de diuina substantia, non de  
nihilò; necesse est, vt ita intelligātur ad  
terminos formales distinctos destinata,  
sicut & sunt à principijs distinctis, scili-  
cet ab intellectu, & voluntate; quod in  
consequentibus erit manifestius.

Durandus, qui negat essentiam esse  
terminum formalem processionis, illū  
esse ait relationem personæ proceden-  
tis: verbi gratia, filiationem esse ter-  
minum formalem generationis; filiatio  
enim est, quasi forma filij. Et ita Filius  
erit terminus ad quem; filiatio autem  
terminus quo, siue formalis, & spiratio  
passiua alius terminus formalis. Et ita  
discernemus processiones diuinas ex  
terminis. Sed hæc sententia falsa est; nã  
terminus formalis, vt docuimus, est for-  
ma dans esse hypostasi productæ, & est  
forma comunicata: filiatio verò non  
dat esse Filio; quia non affert existen-  
tiam; neque est essentia, sed proprie-  
tas: sed sola diuina essentia nostro mo-  
do intelligendi dat esse diuinis perso-  
nis. Præterea filiatio non est forma com-  
municabilis, sed incōmunicabilis, vt li-  
quet; quo maximè fit, vt nō sit terminus  
formalis processionis; terminus enim  
formalis est forma cōmunicata, vt om-  
nis philosophia testatur.

Q uerendus ergò est terminus forma-  
lis distinctus, qui tamè sit essētiāle quid,  
& non relatio. Nonnulli Doctores sunt,  
qui existimarunt se quæstioni abundè sa-  
tisfacere, dum dicunt essentiam addita re-  
latione Filij esse terminum formalem ge-  
nerationis; adiecta verò relatione Spiri-  
tus Sancti esse terminum formalem spira-  
tionis. Sed isti non intendunt animum  
ad id, quod in quæstione inuestigamus:  
verum enim est generationem termi-  
nari

Obiectioni  
occurritur.  
Creatio, & ge-  
neratio quarū  
eadem anima  
est terminus  
formalis,  
differunt 1.  
ex diuerso mo-  
do agendi.  
Differunt 2.  
ex diuerso mo-  
do quo ab ani-  
mā terminantur,  
scilicet, vt ab  
accipiēte esse,  
& vt à cōmu-  
nicante esse.

2.  
1. sent.  
Durand.  
quod formalis  
terminus ge-  
nerationis sit  
filiatio.

Refellitur.  
Filiatio nō dat  
filio esse existe-  
tia, aut esse.

Item est forma  
incōmunicabi-  
lis, non verò  
cōmunicata.

2. sent.  
Quod sit esse  
tia addita filia-  
tione.

Improbatur. A signat terminum ad quem, non à quo, seu formalem.

Ratio. Essentia addita filiatione, aut spiratione passua est idem terminus formalis, scilicet eadem forma comunicata, duabus tamē personis comunicata.

4. Declaratur improbatio ex dictis c. 29. n. 7. Non tam potentia generandi, quā habens illā est essentia, prout est in Patre.

Potentia generandi est essentia simul, & intellectus.

Est duplex potentia, remota, & propinqua.

3. sent. quod sit essentia simul & intellectus.

Argum.

nari ad essentiam in Filio, & spirationem ad essentiam in Spiritu Sancto; sed tamen non petunt discrimen processionum à termino formali, quod est essentia; sed à personis procedentibus: hoc enim est dicere, quod processionem distinguantur penes terminum ad quem, non penes terminum formalem; essentia enim addita vna relatione, aut altera, idem terminus formalis est, scilicet eadem forma comunicata, diuersis tamen personis comunicata.

Vt autem faciamus dilucidiorē questionem, aduertendum est, potentiam generandi, & spirandi non solum distinguuntur additis relationibus; quia potentia generandi est essentia prout est in Patre, & potentia spirandi est eadem essentia prout est in Patre, & Filio; hoc enim discrimen potius est habentium potentias, quam ipsarum potentiarum. Sed hoc etiam differunt, quod potentia generandi est essentia simul, & intellectus; potentia verò spirandi non est intellectus, sed voluntas. Eodem igitur modo iudicandum est: Vtrum terminus formalis generationis includat aliquid essentiale, quod etiam habeat rationem termini formalis; quo addito distinguatur à termino formali spirationis? relationes enim additæ non sunt communicabiles, & idcirco non habent rationem termini formalis: dicam clarissimè, potentia generandi est essentia, & intellectus, & est duplex potentia, remota, & propinqua: at verò terminus formalis generationis non est essentia, & filiatione; quia filiatione nullo modo est terminus formalis, vt demonstrauimus. Hoc igitur inquirimus quis sit terminus formalis proprius generationis, qui non sit spirationis?

Alij igitur dixerunt eandem diuersitatem esse in terminis formalibus, & in principijs diuinarum processionum, scilicet, vt terminus formalis generationis sit essentia, & intellectus simul. At verò spirationis formalis terminus sit essentia, & voluntas, non verò intellectus. Consentaneè equidem ad naturalem philosophiam, quia terminus formalis est forma comunicata, quæ eadem est operationis principium; sed principium generationis formale, quo generatio distinguitur ab spiratione, est intellectus: ergo idem est terminus

A formalis, quo generatio distinguitur ab spiratione. Ita sentit Franciscus à Christo in libr. sentent. 1. d. 5. q. 1. Et videtur esse eadem S. Thom. sententia in 1. d. 10. q. 1. art. 1. ad 2.

Sed hæc quoque opinio falsa est, nam intellectus est potentia actiua, aut quasi actiua, quæ non pertinet ad rationem termini, vt luculentius ostendemus: quare etiam ex vi generationis Pater gignendo non magis communicat intellectum, quàm voluntatem, vt docet S. Thomas de potent. q. 10. art. 2. Igitur diuina generatio ex proprijs non terminatur ad intellectum, sed ad essentiam, & omnia attributa simul: quare melius videtur sensisse S. Thom. hoc loco, quàm in sententijs.

Nec verò nos vrget illud argumentum, quod terminus formalis est id, quod est etiam operationis principium. Nam hoc intelligitur de principio, & termino præcipuo: nam homo generat per formam substantialem, quæ est terminus generationis in genito; sed generat quoque per facultatem accidentalem, scilicet, potentiam generatricem, quæ non est terminus generationis, etiam accidentarius, sed aduenit adulto pubescenti. Præterea intellectus est quasi æquiuocum agens, cuius terminus non est intellectus alter, sed verbum. Quare non est mirum, quod generatio diuina, quæ est per intellectum, aliud habeat principium, & alium terminum. De qua etiam re parte 2. capituli differemus ad finem.

Dicendum igitur est terminum formalem esse in termino ad quem contentum, vt liquet, cum sit forma rei producta; in generatione autem diuina, terminus ad quem est Verbum, Verbum autem ex propria ratione significat esse quoddam intelligibile, propter quod est representatiuum; & hoc esse intelligibile est in Deo essentiale, vt antea docuimus: ergo & hoc ipsum est terminus formalis diuine generationis: procedit enim Verbum ab intellectu; quare principium processionis est intellectus: terminus verò non est intellectus, sed esse quoddam intelligibile, quod est proprium Verbi. Similiter spirationis diuine terminus ad quem est Amor ex dilectione procedens; Amor autem ex dilectione procedens secundum propriam

Fr. à Christo. S. Tho. in 1.

6. Refutatur. Intellectus est potentia quasi actiua, non magis terminans generationem quàm voluntas. Idem de pot.

7. Ad arg. Respond. 1.

Principium præcipuum operationis est forma comunicata, quæ eadem etiā est terminus formalis præcipuus. Secus de principio minus præcipuo. Exemplum de forma substantiali, & potentia generatrice.

Respond. 2. Intellectus est agens æquiuocum.

8. & vera sent. Terminus formalis diuine generationis est esse diuinum intelligibile.

Fundam. In termino ad quem, id est, in Verbo ex propria ratione continetur, & est ratio intelligendi, & quid essentiale.

Similiter terminus formalis spirationis est esse diligibile.

YY 3



propriam rationem significat esse quoddam diligibile, quod est ratio diligendi; quare & hoc esse diligibile est terminus formalis spirationis. De Verbo enim, & Amore procedente eadem est ratio. Et confirmatur, quoniam dicere Verbum in Deo est generare; at verò dicere significat explicatè relationem ad verbum, ut representatiuum; ergo Verbum ut sic, est terminus generationis, scilicet, ut representatiuum est, siue secundum esse intelligibile. Et idem de Spiritu Sancto dicendum. Et hoc forsitan insinuat S. Thomas in 1. d. 10. q. 1. art. 1. ad 3. dicens Spiritum sanctum procedere, ut rationem operandi per voluntatem: quod potest accipi ex parte obiecti mouentis; & illa ratio est ipsum esse diligibile. Et q. 2. de potent. art. 1. ait Verbum procedere secundum esse intelligibile, atque ideo secundum esse naturæ; insinuans fortè illud esse intelligibile, de quo & nos disputamus, quod sit terminus intellectionis diuinæ. Marius autem Viç. lib. 1. contra Arium: *Declaratio*, inquit, *Patris effectus secundum quod est operari*. Quibus verbis significat Filium, siue potiùs Verbum per modum operationis, siue termini operationis declarare, quæ de Patre nobis enarrauit. Declarare enim essentiale est: sed per modum processionis, aut termini, est personale; & illud essentiale clauditur nomine termini intelligibilis processionis.

9. His tamen obstant nonnulla dubia; nam esse intelligibile, & diligibile videtur significare relationem rationis, quæ non potest esse terminus formalis diuinæ processionis, cum sit realis processio. Præterea Filius est proprius terminus natiuitatis, in quo termino non significatur esse intelligibile; & Spiritus Sanctus est terminus spirationis, in quo etiam non significatur esse diligibile; ergo hæc formæ non significantur in terminis productis, ut modo disputabamus. Denique Verbum diuinum non magis habet vnum attributum, quàm aliud; ergo non magis significat esse intelligibile, quàm ipsum intellectum, cæteraque attributa.

Ad hæc suo ordine respondendum est. Et quidem ad primum dicimus verosimile esse, quòd sit quidpiam reale in

**A** Deo illud esse intelligibile essentiale, ut antea docuimus; quod certè in nobis reale est, scilicet forma, realis quam dicimus verbum. Et idem dicendum de illo esse diligibili. Et ita duo termini formales sunt duo attributa; sicut ex parte principij processionum, ponimus duo attributa, scilicet intellectum, & voluntatem. Quòd si magis placeat hoc esse intelligibile, & diligibile in Deo non significare nisi solam relationem rationis; adhuc dicendum est hoc ipsum sufficere, ut distinctos terminos processionibus attribuamus, non tamen distincta attributa. Sed dicendum est diuinam essentiam secundum esse intelligibile, & representatiuum, esse terminum formalem generationis. Et eandem diuinam essentiam secundum esse diligibile, spirationis terminum esse formalem: nam in diuina processione terminus formalis, ut diximus, non producit, sed communicatur: si enim produceretur, impossibile esset, quòd vna res duabus productionibus produceretur; sed eandem rem scilicet essentiam comunicari duabus operationibus, firmissimè credimus; ergo in eadem re, quæ est essentia, satis est indicare diuersas rationes, etiam si sint relationes rationis, ut cogitemus rem eandem esse in ratione termini diuersam; terminat enim essentia diuina generationem secundum esse intelligibile, spirationem verò secundum esse diligibile. Sed cauendum est ab eo, quòd argumento obijcitur, ne existimemus relationes rationis esse terminum formalem diuinæ processionis, quòd est impossibile; sed benè asserimus diuinam essentiam, quæ est terminus formalis, habere rationem diuersi termini formalis: terminus enim formalis est res communicabilis, & non est relatio rationis; sed idem terminus comunicabilis potest considerari modis diuersis, & ita attribui operationibus diuersis. Nec facit contra hoc, quòd illæ operationes sint re ipsa distinctæ, ut credantur directæ ad res distinctas: nam verum, & falsum sunt relationes rationis, & attribuuntur intellectionibus diuersis. Itaque terminus formalis est res, & est essentia; sed diuersis modis cognita essentia eadem, est terminus distinctarum processionum. Si tamè esse intelligibile, & diligibile credimus etiam in Deo esse quid reale, & attributa distincta, multò melius

qua cap. 14. p. 2. n. 5. duo termini formales sunt duo attributa. In nobis esse intelligibile est forma realis, scil. verbu.

Respons. 2. opposita opinione, de qua ibidem n. 4. duo termini formales non sunt duo attributa, sed sunt diuina essentia secundum esse intelligibile, & eadem secundum esse diligibile.

Eandem re duabus operationibus produci, impossibile est: duabus comunicari firmissimè credimus.

Ad rationem dubit.

Idem terminus formalis comunicabilis cognitus secundum diuersas rationes, seu relationes rationis diuersi termini formalis comunicabilis instar habet sufficiens ad terminandas processionem re ipsa distinctas.

Confirmatur. Dicere significat explicatè relationem ad verbum ut representatiuum est, seu secundum esse intelligibile.

S. Thom. 1. locus de spirationis termino.

Secundus de generationis termino.

Mar. Viç. de generationis termino.

Declarare essentiale est, sed per modum termini est personale.

9. Dubium. Ratio dubitandi.

Secundum.

Tertium.

10. Ad 1. dub.

1. Respon. facilius.

In opinione probabili de

melius intelligemus ea esse terminos formales processionum. Itaque eadem omnino ratione, qua distinximus potestas passivas generandi, & spirandi, terminos formales distinguimus, quia eadem essentia, siue attributum, quod est potentia passiva, est quoque terminus nostro modo intelligendi.

11.  
Ad 2. dub.  
Respond. ex  
cap. 20. p. 2, n.  
7.

Etiā nomē,  
Filiij, si explica-  
tē intelligatur  
significat esse  
intelligibile.

12.  
Ad 3. dub.  
Verbum vte  
persona substi-  
tūta omnia at-  
tributa æquē si-  
bi vendicat.

At vt termi-  
nus solūm ha-  
bet esse intel-  
ligibile.

Exemplum  
Patris in ratio-  
ne personæ, &  
in ratione prin-  
cipij.

Similiter Sp.  
Sanctus, &c.

13.  
Fund. firmum  
est omniū ferē  
consensu.

Ad dubium secundum dicimus nomē Filiij in diuinis non esse ita explicatum, sicut nomen Verbi: nam sicut imago est nomen commune, in quo continetur Filius, & non Filias; ita nomen, Filius, est commune, quo continetur diuinū Verbum, & ceteri filij generationis ex carne. Itaque in ipso nomine Filiij Dei, si explicatē intelligatur, hoc etiam inueniemus, quod procedat secundum esse intelligibile: sicut etiam generatio diuina non indicat apertē, quod sit per intellectum; sed cum eius notio explicatur, de intellectu est, & similiter terminatur ad esse intelligibile.

Ad vltimum dicendum est, & idem summo opere obseruandum, quod Verbum diuinum potest considerari duobus modis, scilicet, vt est persona subsistens, & vt est terminus processionis. Vt est persona, non magis habet vnum attributum, quā aliud: vt est terminus, indicat vnum attributum solum, scilicet esse intelligibile, & non indicat alia attributa: Verbum enim sub ratione verbi, vt scilicet est terminus operationis, solum significat esse intelligibile; non verò intellectum, aut voluntatem, aut cetera attributa. Idem dicimus de Patre; nam Pater, vt est quædam persona, non magis habet intellectum, quā voluntatem: sed vt generans, non indicat voluntatem, sed intellectum quo generat. Itaque sicut Pater in constitutione personæ, non magis includit vnū, quā aliud attributum; & tamen in ratione principij includit ex attributis solum intellectum: ita Verbum in cōstitutione personæ omnia attributa sibi vendicat; at verò in ratione termini solum esse intelligibile. Et similiter Spiritus Sanctus, vt est persona, æquē habet attributa omnia: sed vt est amor terminans operationem, vendicat esse diligibile duntaxat, & nullum aliud attributum.

*Confirmatio.*

**H**æc opinio, quæ noua fortassis videtur, antiquis, & communibus

sententijs firmatur: nam terminum formalem esse formam contentam in termino ad quem ferē omnes consentiunt: Verbum etiam diuinum secundum esse intelligibile indicare essentiam diuinā, S. Thom. docet 1. p. q. 34. art. 3. & Ioan. Scotus confirmat: ex quibus colligitur, vt essentia diuina secundum esse intelligibile sit terminus generationis; & secundum esse diligibile terminet spirationem.

S. Thom.  
Scotus.

POSTERIOR PARS.

*Processiones diuina per terminos formales distinguuntur.*

**Q**uamuis ad ea, quæ dicta sunt, quibus diuersos terminos processionum diuinarum explicauimus, videatur esse consequens, vt ex processiones ex terminis discernantur. Nonnulla tamen est in re controuersia. Et primū Ioan. Scot. in 1. dist. 13. q. vnica affirmat has processiones se ipsis distingui, & S. Bonauent. q. 3. videtur idem opinari. Durand. verò d. 13. q. 2. cum ait eas processiones se ipsis distingui, videtur loquutus de reali distinctione, non de causa illius, de qua disputamus. Et hoc videtur persuaderi posse, quia quæ non sunt per se primò diuersa, per differentias distinguuntur: quare oportet, vt sint in aliquo genere: cum ergo diuinæ processiones non cōueniant in vniuoco, neque in genere, esse primò diuersas Scotus affirmavit.

1. sent. quod di-  
uine processio-  
nes distinguuntur  
se ipsis.

Scot.  
S. Bonauent.  
Durandus  
explicatur de  
distinctione  
reali. non de  
causa illius, de  
qua hic.  
Fund. quod sci-  
licet processio-  
nes sint primò  
diuersæ.

Contra hoc docet S. Thom. de potentia q. 10. ar. 2. processiones diuinas non esse primò diuersas, eò quod differant non solum numero, sed quasi specie, vt ibidem ait ad 12. quæ autem specie differunt, non sunt primò diuersa. Et idem affirmat Caiet. q. 27. art. 4. Hæc itaque est causa altercationis: nam in diuinis rebus, & non sunt species propriè, cum genus ibi non sit; & tamē sunt quasi species, quia sunt res distinctæ rationibus formalibus. Quare ex hoc quod genus ibi propriè non est, omnia videntur esse primò diuersa; nam & S. Thom. ait res diuinas solum in analogo conuenire, & non discerni per differentias generis, quod vniuocū est: sed ex eo tamen quod sunt quasi species, conueniunt quasi in genere, & non videntur esse primò diuersæ.

2.  
Negat fund.  
S. Thomas.

Caiet.  
Ratio asseren-  
di fundamētū.  
In rebus diui-  
nis non est p-  
priè genus, aut  
species.

S. Thom.

Ratio negādi  
fund. Philoso-  
phiæ accommoda-  
dior.

Processio diuina definitur quasi in genere, Processio Verbi, & Sp. Sancti quasi in specie.

Hæc ratio confirmatur 1.

Confirmat. 2. S. Thom. Omnis operatio habet principium aut terminum, quo distinguitur: unde nulla est ab alia primò diuersa.

3. Ad Scotum Rada contr. 14. artic. 2. interpretatio concilians illud cum S. Thom. Refutatur. Per distinctionem manifestatiuam quæ est per extrinsecam, manifestatur distinctio formalis, quæ est per intrinsecam.

4. Obiectio ex S. Thom. 1. locus. 2. expressè oppositus. Ad 1. locum Respons. Non loquitur de distinctione inter generationem & spirationem actiuam.

uerfa. Et hoc est magis aptè dictum more loquendi philosophico: nam processio diuina definitur quasi in genere, cõmuni quadã definitione; cuius sunt quasi species processio Verbi, & Spiritus Sancti, quæ singulis definitionibus explicantur; in quibus etsi non ponatur logica differentia, ponitur tamen aliquid vice differentia, eo modo quo res diuinas licitum est definire. Paternitas enim, & Filiatio in Deo nõ sunt primò diuersa; sicut neque in rebus creatis; quia cõueniunt in conceptu quasi generico relationis: & ita neque processiones diuinae sunt primò diuersa. Hoc ratione alia confirmat ibidem S. Thom. quia nulla operatio est ab alia primò diuersa; habet enim principium prius, è quo fluit, quo etiam distinguitur: sicut ergo inauditum est apud Philosophos, quòd duæ operationes sint primò diuersa; ita est de diuinis processionibus sentiendum; cum possint per principia, aut etiam terminos distingui.

Quidam respondent Scotum loquutum fuisse de distinctione formali, quæ est per intrinsecam; nõ verò de distinctione per extrinsecam, scilicet per principia, quam vocant manifestatiuam. Sed hæc responsio inutilis est; nam extrinsecam, quæ ait manifestare distinctionem, absque dubio manifestant ipsam distinctionem formalem; quæ est per intrinsecam: quæ enim per se, & ex propria ratione postulant principium speciei propriae, distinguuntur specie ab alijs, quæ diuersa principia efflagitant; vt in motu, & operatione cernimus. Quæ ergo distinguuntur ex principijs, etiam in se habent differentias, aut quasi differentias, quibus distinguuntur. Et indè S. Thom. colligit diuinas processiones non esse primò diuersas: quia in re non potest concordare cum Scoto, vt illi volunt.

Post Scotum videtur nobis obistere Doctor Sanctus, quem vt Magistrum, & ducem propositum est sequi in omnibus. Docet autem 1. p. q. 27. artic. 4. ad 1. has processiones distingui ipso ordine naturæ, quia vna est ab alia. Et idem affirmat de potentia q. 10. artic. 2. addens has processiones nõ distingui ex principijs, aut terminis. Sed absque dubio S. Thom. loquitur de distinctione reali processionum. Itaque non loquitur de generatione, & spiratione actiuam, quia vtraque est

A res vna, vt lib. 3. dicemus; sed disputabat de generatione, & spiratione passiuam, quæ dicuntur diuinæ processiones, & sunt res distinctæ, vt antea commonstrauimus. Et idcirco S. Thom. 1. p. q. 36. artic. 2. ad 7. ait processiones distingui, quia Filius est à solo Patre, Spiritus Sanctus à Patre, & Filio; & hoc est distingui ex ordine ipso naturæ; quia per hoc quòd Filius est à Patre, ordine naturæ est consequens, vt sit Spiritus Sanctus ab vtroque: & idcirco S. Thom. ibidem testatur, se id ipsum, quod eo loco docet, antea docuisse, scilicet q. 27. vbi distinxit processiones ex ipso naturæ ordine: ergo in hoc, quòd processiones distinguuntur ordine, includitur vt Spiritus Sanctus procedat à procedente: quare necesse est processiones esse re ipsa distinctas, vt modò disputauimus.

Aduertendum est tamen, quòd in rebus creatis omnibus distinctio realis formalis sumitur à ratione formali singularum rerum; sola enim distinctio numerica est à materia petenda: quare operationes creatæ, sicut à principio, aut termino habent distinctionem specificam, ita & realem distinctionem. At verò in Deo ratio formalis distincta non distinguit rem à re: eadem enim res est intellectus, & voluntas, quæ tamen rationibus formalibus distinguuntur, vt docuimus lib. 1. ergo distinctio realis diuinarum processionum non fuit petenda à principijs, aut terminis; ex quibus solum colligitur, quòd diuinæ processiones habeant distinctas rationes formales: sed ex ipso ordine processionum depromenda fuit realis inter eas distinctio, quia Spiritus Sanctus procedit de genito; unde necesse est distingui generationem passiuam ab spiratione; quia, si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, hæc processiones non essent res distinctæ, vt antea comprobauimus. Quòd si alia persona (quod impossibile est) gigneretur de Filio, essent duæ generationes re ipsa distinctæ, etsi non essent rationibus formalibus distinctæ. Ordo igitur processionum est causa realis distinctionis; non verò est causa distinctionis formalis secundum diuersas rationes formales. Et hoc idem colligitur ex argumentis, quibus S. Thom. de potent. q. 10. probat processiones diuinas nõ distingui ex principijs, aut terminis: nõ distingui ex principijs probat, quia

Loquitur de distinctione reali inter processiones.

Idem. Hæc sumitur ex ipso ordine naturæ, quo se vna processio est ab alia.

Idem.

5. In creatis distinctio realis formalis sumitur à rationibus formalibus distinctis.

In Deo nõ sic.

Exemplum in intellectu, & voluntatis.

A principijs & terminis processionum solum colliguntur rationes formales eorum distinctæ. At realis distinctio nõ nisi ex ordine.

Ostenditur i. ex cap. 13.

2. quia si per impossibile alia persona gigneretur de filio, esset duæ generationes re ipsa distinctæ, etsi non esset rationibus formalibus distinctæ.

Ad 2. locum.

Si in principio processio- nis esset distin- ctio, illud non communica- retur.

Si in termino scilicet in habitu à principio, esset distinctio, non esset idem habitus per v- tramque pro- cessionem.

quia principium processionis commu- nicatur procedenti; quare si in hoc esset distinctio, intellectus qui est principium generationis, non communicaretur Spi- ritui Sancto; & voluntas, quæ est princi- pium spirationis, non communicaretur Filio, quod est hæreticum. Et eodem ar- gumento probat processiones non dis- tingui ex terminis, quia terminus pro- cessionis est habere, scilicet, vt procedens habeat aliquid à suo principio: igitur si processiones distinguuntur ex terminis, aliud est quod habet Filius per genera- tionem, & aliud quod habet Spiritus Sanctus per spirationem, quæ est eadem hæresis. Hæc autem argumenta rectè pro- bant distinctionem processionum realè non sumi à principijs, aut terminis; quia tunc diuinæ personæ procedentes, scili- cèt, Filius, & Spiritus Sanctus non com- municarent. Sed non probant, quòd se- cundum rationes formales non sit pe- tenda distinctio processionum à princi- pijs, & terminis.

Dicendum igitur imprimis est ex sen- tentia S. Thomæ processiones diuinæ non distingui reali distinctione propter principia, aut terminos formales; sed propter ordinem; quia Spiritus Sanctus procedit à genito.

Secundo loco asserendam est diuinæ processiones secundum rationes forma- les diuersas distingui quasi specie ex principijs, & terminis formalibus; hoc enim est commune omni operationi, vt per principia, & terminos distinguatur, vt docet Aristot. & S. Thom. Cum igitur diuinis processionibus designata sint principia distincta; & termini etiam for- males distincti; consequens est, vt ex ijs- dem distinguantur quasi specie. Et quia distinctio specifica, si realis sit, est quo- que formalis, processiones diuinæ, quæ propter ordinem sunt res distinctæ, ex principijs, & terminis formalitèr distin- guuntur, nõ formalitèr essentialitèr, sed quasi specie, quemadmodum & relatio- nes diuinæ distinguuntur, vt dicemus li- br. 3.

Sed contra hoc est quod S. Thom. do- cet 1. p. q. 77. art. 3. ad 1. id, à quo aliud speciem habet, esse naturā prius; ab eo- dem enim res quæpiam habet speciem, & existentiam; quidquid enim est princi- pium speciei, est principium indiuidui, & est naturā prius; & idcirco actus, qui ha-

A bet speciem à termino, etiam compara- tur cum termino, vt cum causa, non ef- ficiente, sed finali, vt probè Doctōr Sā- ctus obseruat: sed in diuinis processio- nibus non est causa finalis, iuxta eundē S. Thom. 1. p. q. 33. ar. 1. & in 1. d. 29. ar. 2. & Ioan. Scotum in 1. d. 20. q. 1: ergo processio diuina non habet speciem à termino formali. Respondendū est quæ- dam definiri per alia, tanquam per cau- sam à qua habent speciem, & in his verū est quod docet S. Thom. & arguendo commonstratur. Sed alia sunt, quæ etsi per aliud definiuntur, non tamen tan- quam per causam speciei, sed duntaxat tanquam per causam cognitionis; quia causæ rerum sunt natura priores: quæ verò sola cognitione priora sunt, causæ sunt cognoscendi. Quamobrè sicut ope- ratio, quæ ordinatur ad terminum, vt ad finē, in genere causæ efficientis est prior, verbi gratia, calefactio calore producto prior est quasi efficiens calorem; at ve- rò in genere causæ finalis posterior est secundum naturam calefactio, quam ca- lor: Ita quæ cognitionis ordine priora sunt, secundum diuersas rationes priora, & posteriora sunt; verbi gratia, illa no- tio, quæ contempletur chimæram dirigi- tur ad illam, vt ad finem: obiectū enim, & terminus habent rationem finis ipso modo intelligendi, quia operatio dirigi- tur, & destinatur in obiectum, aut termi- num: & ita chimæra ordine cognitionis, quatenus est obiectum meæ cognitionis, antecedit illam quasi in genere causæ finalis; sed consequitur eandem cog- nitionem, quasi in genere causæ efficiētis, cum sit ipsius cognitionis figmentum: ea igitur cognitio definitur per obiectum, non tanquam per causam realè suæ spe- ciei, sed tanquam per causam cognitio- nis: & eadem ratione cognitio illa petit speciem, distinctionemque ab obiecto, non tanquam à causa rei, sed tanquam à causa cognitionis; quod est non desiden- tèr obseruandum, vt potè valdè necessa- rium in ijs, quæ ab alijs dicuntur speciem ducere.

B Quamuis igitur concedendum sit pro- cessionem diuinam non comparari cum suo termino, tanquam cum causa finali; dicendum tamen est sumere speciem à termino, nostro duntaxat modo intelli- gendi: quia hoc ipso, quòd consideramus terminum formalem, intelligimus illū,

C Chimera est prior mea cog- nitione quasi in genere cau- sæ finalis, licèt posterior qua- si in genere cau- sæ efficientis.

D Terminus for- malis intelli- gitur vt prior, ac dans speciē processionis diui- næ nostro mo- do intelligēdi, quasi causa fi- nalis, licèt sit

dai & existen- tia, & est natu- ra prius.

Idem.

Scotus.

Respons.

Quædam priora alijs, ea definiūt, & spe- cie distinguūt non tanquam causæ speciei, sed cognitio- nis duntaxat.

Chimera est prior mea cog- nitione quasi in genere cau- sæ finalis, licèt posterior qua- si in genere cau- sæ efficientis.

Terminus for- malis intelli- gitur vt prior, ac dans speciē processionis diui- næ nostro mo- do intelligēdi, quasi causa fi- nalis, licèt sit

6. 1. summarium ex dictis inter respondendum.

7. 2. summarium ex ijsdem.

Processionū diuinarum di- stinctio realis ex ordine, est si- mul formalis quasi specifica ex principijs, & terminis.

8. 2. obiectio ex S. Thom.

Quidquid est principium spe- ciei est princi- pium indiui-

posterior quasi in genere efficientis.

Que sunt priora per intellectum, sunt causa distinguendi per intellectum ea, quae posteriora sunt.

10. Ex responsione illatum, quod hypostasis procedens distinguitur quasi specie processio- nem.

S. Thomas 1. locus.

2. locus.

Vt minus consonum Philosophiae improbat.

Operatio sumit speciem a forma, quam agens communicat, & quasi speciem intendit.

Hypostases diuinae sunt quasi indu dua, non quasi species.

Confirmatur improbatio.

Pro explanatione S. Tb. Illati approbatio aliquo modo, ob peculiaritatem numeri in personis, scilicet quod sit quasi formalis.

vt causam distinctionis; non causam realem, sed causam intelligendi: & ita processio, quasi in genere causae efficientis antecedit terminum, & terminus ipse processio- nem, quasi in genere causae finalis; quae tamen non sit causa rei, sed causa intelligendi: quae enim sunt priora intellectu, sunt causae distinguendi per intellectum ea, quae posteriora sunt. Quare ex eo, quod comprobatur est parte prioris capituli, distinctos esse terminos diuinarum processio- num; firma est consequentia, quod processiones per eosdem terminos distinguantur.

Eodem modo possemus quoque dicere diuinas processiones distinguere etiam quasi specie, siue formaliter, penes hypostases procedentes, scilicet Filium, & Spiritum Sanctum; haec enim hypostases distinguuntur quasi specie, per relationes disquarantiae, quae sunt proprietates hypostasum. Quod videtur S. Thomas insinuare in 1. d. 13. q. 1. art. 2. ad 4. dicens has processiones distinguere re ipsa ex principiis, & terminis relatiuis. Et q. 10. de potent. art. 2. ad 12. docet processio- nem per se ordinari ad speciem; hypostases autem diuinas distinguere proprietatibus quasi specie distinctis, a quibus ipsae processiones quasi specie distinguantur. Sed hoc minus consonum ad Philosophiam asseritur; primo, quia operatio sumit speciem a forma, quam agens communicat, quae est species intenta ab agente: relatio autem diuina, quae est proprietates hypostasis, non est communicabilis, neque est ipsa species, aut quasi species, ad quam destinatur operatio; hypostases enim diuinae sunt quasi indiuidua: natura autem est quasi species, vt lib. 4. disputabimus. Quare hypostases, proprie loquendo, non differunt quasi specie, sed quasi numero; ergo distinctio specifica processio- num non sumitur ab hypostasibus. Praeterea species sumitur a forma, & ita distinctio specifica operationum a terminis formalibus petenda est, non vero a terminis ad quos, scilicet ab hypostasibus. Verum est, quod personae diuinae hoc habent singulare, quod distinguuntur proprietatibus diuersarum rationum, quasi numero formali: quare aliquo modo potest inde oriri in processio- nibus formalibus distinctio. Sed quia, vt hypostases sunt, potius differunt numero, quam specie; neque sunt termini

A formales, a quibus species ducitur; melius videtur esse, simpliciterque negandum, quod diuinae processiones distinguantur, quasi specifica distinctione penes hypostases productas.

Illud tamen aduertendum, quod ipsa proprietates hypostasis, verbi gratia, filiatio, neutro modo distinguit processio- nem; quia neque est terminus formalis, vt antea comprobauimus contra Durand. neque est terminus ad quem; quia non intelligitur, vt hypostasis producta, sed vt proprietates hypostasis. Quare longe aberrauit Durandus distinguens processiones penes has proprietates, quae more loquendi philosophico neutro modo sunt termini processio- nis, scilicet neque termini formales, neque termini ad quos, licet sint res per accidens productae, hoc est, simul cum hypostasibus, vt postea dicemus.

B His appenditur alia quaestio: An diuina processio sit aequiuoca? Affirmans pars placuit Ioanni Bassoli in 1. d. 4. q. 3. aequiuoca enim est actio, qua agens, & id quod ab agente procedit, specie differunt; sed diuinae processiones sunt inter hypostases quasi specie distinctas; ergo sunt aequiuocae. Et confirmatur, quia diuinae processiones sunt secundum operationes intellectus, & voluntatis; intellectus autem, & voluntas sunt causae aequiuocae; distinguuntur enim specie a re omni, quae ex illis potentijs deriuatur, tam ab intellectio- ne, quam a verbo.

C Nihilominus dicendum est processio- nes diuinas vniuocas esse, & maxime vniuocas: nam personae diuinae sunt quasi eiusdem speciei, scilicet eiusdem naturae, vt lib. 5. declarabimus; imo est inter eas infinita vnitas; ergo processio, quae inter personam, & personam intercedit, maxime est vniuoca: tum etiam, quia terminus praecipuus diuinae processio- nis est Deitas; cuius processio- nis idemmet est principium, vt diximus; ergo hac ratione processio diuina maxime est vniuoca. Et ita sentit S. Thom. de potent. q. 10. ar. 2. ad 2. & Thom. Argēt. in 1. d. 4. q. vnica, Ioan. Scotus d. 7. q. 3. & Gabriel. in 1. d. 9. q. 2.

D Verum est, quod si principium proximum generationis, & terminum mēditur, secundum quod generatio est operatio intelligibilis, eius principium est intellectus, terminus vero non intel- lectus,

Improbatio praefertur.

Adnotand. Proprietates hypostasis nullo modo distinguit processio- nem; cum nec sit terminus formalis, nec ad quem.

12. Quae est appen- dix. An diuina processio sit aequiuoca? Affirmat Bassolis Arg.

Confirm.

13. Resolutio op- posita. Diuina processio est maxime vniuoca. 1. ratio dilobis arg. opposita. Personae diuinae sunt quasi eiusdem speciei. 2. ratio.

Processio- nis terminus praecipuus, ac prin- cipium idem, scilicet Deitas. S. Thom. Argent. Scotus. Gabriel.

14. 1. obiectio de principio proximo, ac ter- mino.

1. Responf. Deitas est ipse intellectus, & ipsum esse intelligibile. Diuina processio est à Deo in Deum. S. Hilar.

15. 2. responfio diluens simul confirm. appositam. Processio dicitur æquiuoca comparando effectum cum causa præcipua. Ostenditur.

16. 2. obiectio contra 2. ratione.

Responf.

Ad distinctionem specificam operationis præcipuam quæ attenditur, est principium proximum: ad vniuocationem primum principium, & principalis terminus.

17. Confirm. 1. ex Aristot. & S. Thoma, docentibus omnem operationem habere speciem, distinctionemque à termino.

lectus, sed quoddam esse intelligibile: & ita ratione formali distinguuntur principium, & terminus. Sed quoniam res eadem est principium, & terminus, scilicet Deitas, quæ est ipse intellectus, & ipsum esse intelligibile; non est dicenda processio æquiuoca; quia est processio eiusdem rei in eandem rem, scilicet à Deo in Deum, vt S. Hilarius sapissimè obseruat.

Præterea processio dicitur æquiuoca comparando effectum cum causa præcipua; aliàs, quia homo genitus differt specie à potentia generatrice proxima, generatio esset æquiuoca. Cum igitur principium generationis præcipuum, & terminus formalis præcipuus sit essentia eadem, generatio est maximè vniuoca.

Sed obijcies; illud enim videtur esse præcipuum, quod dat speciem; sed essentia diuina in ratione principij non dat speciem generationi, quia eadè est principium spirationis; ergo intellectus, qui dat speciem generationi, vt proximum principium, est in ea præcipuum; à quo non dimanat processio vniuoca, sed æquiuoca. Argumentum hoc leue est, & vanum; nam operatio, vt diximus lib. 1. sumit speciem à principio proximo, sed forma substantialis est principium præcipuum, quod continet plures species potentiarum, & operationum, & ab eo æstimatur operatio vniuoca; nam si per intellectum hominis gigneretur homo, generatio esset vniuoca. Itaque concedimus, quòd ad distinctionem speciei præcipuum quod attenditur in operatione, est principium proximum. Sed ad hoc, vt actio dicatur æquiuoca, primum principium, & principalis terminus conferenda sunt: & ita, etsi generatio sit de intellectu, quasi de principio proximo non vniuoca; quia tamen est de essentia diuina, & ad essentiam terminatur, est proprijsimè vniuoca processio.

Confirmatio.

17. Quid diuinæ processiones distinguantur penes terminos formales, confirmatur illà sententiã Philosophi, S. Thomæ consentiente, quòd omnis operatio habet speciem, distinctionemque à termino; ergo & diuinarum processionum distinctio à terminis formalibus petenda est. Nititur etiam hæc sententia com-

munis doctrinæ Theologorum diuinas processiones per sua principia, scilicet per intellectum, & voluntatem distinguuntur: quod facit etiam S. Thom. dum eas discernit secundum operationem intellectus, & voluntatis; & de potentia q. 10. non negat per sua principia posse illas distingui; ergo & per terminos distingui consentaneum est, quæ est antiqua opinio Ægidij Romani viri doctissimi in 1. d. 13. & eum sequitur Fræciscus à Christo.

CAPVT LXV.

B Persona procedens proprijsimè accipit naturam, non personalitatem.

D E persona diuina, vt est terminus processions disputandum iam est: quoniam verò in hoc maximè conuenit processio diuina cum creata, quòd hypostasis, siue persona procedens vtrobique accipit naturam, vt S. Anselm. ait, hoc primum statuendum est de diuina processione.

Considerandum ergo est, quòd id aliquis dicitur propriè accepisse, quod propriè habet ab alio: & quia omnia, quæ in hypostasi sunt, sunt ipsius hypostasis; ea ipsa est, quæ propriè habet, atque accipit; & illa sola accipiuntur propriè, quæ sunt in hypostasi: hypostasis ergo non accipitur, sed accipit, si propriè loquendum sit. Sed adhuc dispicendum est: an omnia, quæ in hypostasi sunt, accipiantur, & habeantur propriè? certum est autem in rebus creatis omnia accipi, & haberi ab hypostasi præter proprietatem suam, de qua statim differemus; cætera enim sunt formæ ab agente productæ, & comunicatæ; sunt ergo acceptæ id enim, quod comunicatur, datur, & accipitur proprijsimè: sed tamen in Deo est vna simplex forma comunicata, scilicet Deitas, quæ est ipsa natura, & essentia diuina; ergo ea est, quæ proprijsimè accipitur à persona procedente, & datur ab ea, à qua procedit. Quod testatum est diuino eloquio, cum sæpius in Euangelio legamus, & Filium, & Spiritum Sanctum accipere, & Patrem dare. Extat tamen locus apud Marium Victor. lib. 3. contra Arium his verbis, Non enim Filius illi dedit, sed ipse, inquit, de meo habet; sed paulò ante dixerat, Filius qui

motus

Confirm. 2. ex communi doctrina Theologorum distinctio diuinas processiones per sua principia.

S. Thom.

Ægid. Ro. Fr. à Christo

1. Inscriptionis pars.

In diuina, & creata processione persona procedens propriè accipit naturam. S. Anselm.

2. In diuina probatur.

Hypostasis nõ accipitur, nec habetur, sed ipsa accipit, & habet propriè loquendo.

Id quod comunicatur, datur & accipitur proprijsimè, vt Deitas.

Mar. Vict. locus mendosus arguitur ex alijs eiusdem verbis.

*motus est, dedit omnia Spiritui Sancto.* A est igitur mendosa litera: neque video, quo sensu potuerit Marius negare Filiū dedisse Spiritui Sancto, cum fateatur illū accepisse à Filio: non enim accepit, nisi à dante.

3. Aduert. ex S. Thom. Recipere proprie est in se accipere quasi in subiecto.

Sed tamen notat S. Thom. aliud esse accipere, & aliud recipere, si nominum propria significatio expendatur: recipere enim est in se accipere, quasi in subiecto, quod est formæ receptaculum; in Deo autem nihil est, quod habeat modum subiecti, sed formæ subsistētis absque subiecto: persona ergo diuina non recipit naturam, aut esse; sed accipit, quod est relatum ad dare.

4. S. Athan. sumit accipere pro recipere.

Cū igitur S. Athanas. lib. 1. ad Theophil. de Ariana, & Catholica confessione, ait hæreticos dicere, quod Filius non habeat potestatem ullam, nisi quam à Patre acceperit; intelligendum est Arianos dicere Filium Dei accipere, quasi creaturam, quod dicimus recipere. Et idē S. Athanas. exponit ibidē, Filium Dei secundum humanitatem accipere. Et eodem modo declarat S. Cyrill. lib. 4. Thesaur. ad finem Filium accipere vitam à Patre, scilicet quatenus homo est. Sed idem S. Cyrill. dialog. de Trinit. lib. 6. illud de Spiritu Sancto, *De meo accipiet*, de processione substantiali euidenter explicari debere ait.

Itē S. Cyril.

Idē sumit accipere pro comunicare. Ioan. 16.

5. Accipere accipit per operationem, vel passionem accipientis.

Angelus proprie accipit naturā, non præexistente creatione passiva, sed quia habet naturā à Deo cum nouitate existendi. At Filius Dei accipit naturā per realem processionem antecedentem ordine cognitionis, ac proin-

Observandum verò est, quod accipere duobus modis accidit: Primo scilicet per operationem accipientis, ut est acceptio beneficiorum inter homines: secundo per passionē accipientis, & ad hūc modum subiectum quoque accipit formam, non per actionem, sed per passionem ipsius subiecti. Et hoc modo hypostasis creata recipit formam accidentalem, quæ aduenit existenti, & formam substantialem ratione materiæ, in qua est generatio substantialis. Angelus verò non accipit hoc modo formam substantialem, quæ est subsistens, & non recipitur in materia, sed creatur nulla præexistente passione, ut diximus; quia creatio passiva non antecedit rem creatam, ut dicemus lib. 4: diuina autem persona procedit reali processione antecedente nostro modo intelligendi; & ita accipit naturam reali acceptione, scilicet reali processione, ut statim explicabimus. Angelus autem accipit naturam, non aliqua emanatione reali; sed duntaxat,

quia natura, quam proprie habet, est à Deo; & habet illam à Deo cum nouitate existendi, quod satis est ut proprie dicatur accipere; Filius verò Dei accipit sine nouitate, sed per realem processionem antecedentem ordine cognitionis.

Ad hæc etiam pertinet doctrina tradita à S. Thom. de Potent. q. 10. art. 1. ad 13. & 14. ubi notat duplicem indigentiam alicuius accipientis, vel quia is, qui accipit, prius existit, quam accipiat; præexistit enim eo indigens, quod accipit, & ita accipit in subiecto, quod est recipere: vel quia, etsi non præexistat, id tamen quod accipit, non est ens necessarium, sed quod indiget conseruatione primi agentis; & hoc pacto angelus etsi non existat, prius quam accipiat naturam, & existentiam, quia tamen accipit utrumque, non ut necessarium, accipit cum indigentia ut conseruetur à Deo. Est etiam imperfectio in angelo, quod accipit esse post non esse; sed hoc non est indigentia, quia antequam sit, neque indigens est. At verò in diuina persona procedente, & accipiente, neque hæc imperfectio est, neque aliqua indigentia. Vnde equidem probè illud est dictum à Mario Victor. lib. 1. contra Arium, de Filio Dei, semper plenitudo, & sēper receptaculū est; idē quia semper plenus est, & sēper accipit.

Doctissimè verò S. Cyrill. lib. 4. Thesaur. cap. 2. de hac re disputat; obijciēbāt enim hæretici Filium esse posteriorem Patre, qui à Patre acciperet naturam. Respondet S. Cyrillus, sicut Pater habet vitam in semetipso, hoc est essentialitèr; ita & hoc dedisse Filio, ut vitam habeat in semetipso, scilicet essentialitèr; non verò accipere vitam quasi additamentum, hoc est quasi ipse non sit vita, cum testetur de se ipso, *Ego sum vita*, & doctè quidē loco eodem differit Patrem dedisse Filio vitam, sed non dedisse non habenti; quia ipse angelus, qui non recipit naturam in subiecto, tamen ex se est nihil, & non habens esse; & ita datur ei vita non habenti: Filius autem Dei non gignitur ex non ente, & ita non est prius non habere, quam habere vitam à Patre. Et hoc idem est, quod S. Basil. dicit in homilia de fide, quæ est 15. Filium accipere id ipsum, quod habet per naturam, quod S. Thom. q. 33. art. 3. ad 2. admonet esse in persona diuina singulare. ut per naturam habeat id ipsum, quod accipit;

dē per realem acceptionem,

6. S. Thom.

1. Indigentia accipientis existētis prius re accepta.

2. Indigentia accipientis non præexistētis, sed indigentis; ut ea res conseruetur à Deo.

3. imperfectio, accipiedi esse post non esse.

Hæc omnia à Deo abunt; Mar. Vict.

7. S. Cyrilli ad hæreticorū obiectionem; Responsio. Pater dedit Filio ut vitam habeat in semetipso essentialitèr.

Ioan. c. 11. n. 25. & cap. 14. n. 6.

In Filio nō est prius non habere, quam habere vitam à Patre.

S. Basil. consonat dicens Filiū accipere id ipsū, quod habet per naturam. S. Thomas dem dicit.

Vnde colligit accipere esse analogum Deo & nobis. Explicat alia verba S. Basilij.

Hanc analogiam declarat idem.

S. August.

Philo Iud. Moyses Deus Pharaoni datus passiuè.

Filius Dei à Patre nihil passiuè recipit.

3. Dubium.

Respon. sionis 1. membrum. Hæc realis acceptio est ipsa processio.

S. Hilar. 2. membr.

differunt modo significandi Accipere est ad se capere.

S. Thom. Obiectio hinc orta cõtra tradita capitibus superioribus.

9. Solutio ex S. Thom.

cipit. Vnde etiam colligit non esse vniuocum accipere Deo, & nobis, sed esse analogum, vt cætera diuina attributa: & ita intelligendum esse, quod ait S. Basilijus ibidem, commune esse creaturæ, & Filio accipere, hoc est, commune analogum multum dispari ratione, non verò commune vniuocum: & q. 10. de potentia artic. 1. ad 7. accipere non est perfectio; sed accipere Deitatem, perfectio est. Et in 1. d. 5. q. 2. art. 1. ad 2. concedit quidem cum, qui accipit, non habere à se id, quod accipit. Sed non necesse esse, vt prius sit non habens: quod verum est in diuina persona: cum res cæteræ ex natura sua prius non habeant, quàm accipiant, quod idem docet q. 10. de potent. art. 1. ad 13. Sanctus quoque Augustinus libr. 3. contra Maxim. cap. 23. *Neque hausit hic, inquit, quod accipit; nec minuit se ille, quod dedit: quia non habet immutabilitas, vnde deficiat: nec habet plenitudo, quo crescat.* Vbi ait Filium accipientem non haurire, quasi vas vacuum: & idcirco addidit plenitudinem non crescere: quia Filius est plenitudo diuinitatis, ipsam plenitudinem accipiens, sed nunquam vacuus hac ipsa, quod accipiat, plenitudine. Philo etiam Iudæus lib. quod deterior potiori insidetur, obseruauit Moysen quidem datum Deum Pharaoni, sed datum passiuè, id est, recipièdo à Deo potestatem: Deum tamen passiuum non esse: quare & ignarus fidei, rectè tamen consentit Filium Dei, si quid accipit à Patre, non passiuè recipere.

Sed est dubium ex his ortum: Quidnam sit acceptio hæc realis in persona procedente? Respon. detur, quod est ipsa processio; non enim melius definiris quid sit procedere in Deo, nisi per hoc quod est naturam accipere. Vnde S. Hilar. lib. 9. de Trinit. ait acceptiõnem potestatis, significatiõnem esse natiuitatis: est tamè modus significandi diuersus; nã accipere est, quasi ad se capere, sicut assumere est ad se sumere, vt S. Thom. docet 3. p. ad se autè capere videtur indicare quandam antecedentiam, vt prius intelligamus personam, quæ ad se accipit, quàm ipsam acceptiõnem. Hoc autem dissentaneum est ijs quæ diximus, quod processio antecedit personam.

Dicendum tamè est, vt de creatione S. Thomas explicat nobis reliquit, quod

A modus hic significandi, ad se, non est in re ipsa, sed solù in intelligente: & ita res significata per hoc nomè, est processio antecedens personam; modus autè significandi efficit, vt prius personam intelligamus: exemplum est; nam accipiens prius intelligitur, quàm res ipsa accepta; est enim ad se accipiens, & tamè angeli hypostasis accipit naturam, cum natura angelica prius producat, quàm hypostasis: per hoc enim accipit naturam, quia per naturam producit. Ita etiã Filius Dei, etiã si nõ antecedit acceptiõnem, neq; naturam, accipit tamen naturam p hoc ipsu quod procedit. Imò ipsa processio est acceptio naturæ, distincta dütaxat modo significandi, qui nõ est in re cognita, sed in intelligente tantummodo. Itaq; relatio, origoq; sunt res suis rationibus formalibus distinctæ, & eo modo significandi, quo rationes formales distinctas intelligimus: processio verò & acceptio est eadem met ratio formalis, scil. diuina processio, solo modo intelligendi distincta; qui modus nõ est in re cognita, & potest dici distinctio rationis ratiocinatis, siue cõcipiētis, quo etiã pacto differunt actus, & perfectio. Vel potest etiã dici, quod dare, & accipere sunt relationes rationis, quæ fundantur in producete, & producto; neque enim sunt relationes distinctæ à relationibus productæ, & producti; sed vel sunt relationes rationis cõsequentes, vel eadem processiones diuersimodè cognitæ: placet autè magis esse relationes rationis additas.

Hoc loco obseruandum est Mariu Vict. lib. 1. cõtra Ariu dixisse, Patre Filio dedisse à sua substantia substantiam: quibus verbis nõ est intelligenda distinctio realis inter substantiam, & substantiam; sed quia nomine dandi significatur origo, vt diximus, à sua substantia significat principium originis, & substantia data significat terminum: est autè eadem substantia principium, & terminus, id est, eadem natura.

Quod autè persona diuina procedens non accipiat propriè personalitatè, probatur; quoniã res propriè accepta est res cõmunicata, atque ideò communis; proprietates autè personalis est incõmunicabilis; nõ est ergo cõmunicata; ergo neq; accepta propriè. Et cõfirmatur; id enim accipitur, quod datur; portò autem id datur, quod est in dante; nullus enim dat, quod nõ habet; ergo cū in Patre nõ sit proprietates Filij, illa nõ datur, neq; accipitur.

Modus hic significandi, ad se, est solum in intelligente. Ostenditur exemplo hypostasis angelica accipientis, seu capientis ad se naturam prius ipsa productam.

3. membrum explicatur. Non differunt vt relatio, & origo, scil. modo intelligendi afferente rationes formales distinctas: sed afferente distinctionem rationis ratiocinatis, vt actus, & perfectio.

2. respon. melior. Dare & accipere sunt relationes rationis fundatæ in producente, & producto.

10. M. r. Vict. explicatur.

11. Inscriptionis pars 2. Personalitas diuina propriè nõ accipitur. Probatur. Personalitas est incõmunicabilis. Confirm. Pater non dat proprietatem Filij, cum eã non habeat.



12.

Omnis res creata, imò relatio creata, habet in se aliquid perfectionis, quod à primo agente communicatur.

Ipsa personalitas creata est quædam perfectio à Deo data & quodammodo accepta seu participata à creatura.

13.

In Deo natura est tota perfectio.

Relatio Filij & proprietates non continentur in natura Patris quasi perfectio distincta, & à Patre comunicata.

Filiatio nò est communis Patri etiam ut effectus cause, præexistendo scilicet in virtute illius.

14.

Opinio hinc cauenda, quòd proprietates hypostasis, v. c. filiatio, nec per accidens producitur cù ipsa hypostasi. Impugnatio.

Respons.

15.

Opinio hinc sensetur aperte falsa, & non

Vt verò ista adhuc magis explicemus, cogitandum est rem omnem absolutam, cum sit ad se ipsam, aliquid perfectionis continere, vt re quavis rei adiecta accretat perfectio: omnis ergo res creata, imò relatio creata, vt lib. 3. dicemus, habet in se aliquid perfectionis, quod necesse est continetur in virtute primi agentis; quod autem est in virtute agentis comunicatur. Quare nò solùm natura creata, sed ipsa hypostasis creata præexistit in potentia creatoris, & est res comunicata, quasi quædam particula depròp-  
ta ab infinita perfectione diuina: cù ergo personalitas creata, quæ est quædam perfectio, sit particula aliqua illius infinitæ perfectionis; comunicatur à Deo, & datur, & quodammodo accipitur.

Sed in Deo, quia natura est tota perfectio; relatio verò non addit perfectionem; relatio Filij, & proprietates non continentur in natura Patris, quasi perfectio distincta inde emanans, & à Patre comunicata, & accepta; sed duntaxat est proprietates accipiētis. Et explicatur hoc; nam in Deo comunicatio est per realem communitatem naturæ indiuiduæ; ita vt vna, eademque natura, totaque perfectio sit communis danti, & accipiēti: cum ergo filiatio non sit comunis Patri, neque eo modo, quo effectus comunicat eum causa, scilicet vt præexistit in virtute cause; nullo certè modo comunicatur Filio; ergo non datur, neq; accipitur, etiam ad eum modum, quo personam creatam possumus dicere esse comunicatam, vel participatam; quia est quædam perfectio à diuina perfectione derivata.

Sed cauendum nobis est ab ea opinione, in quam se nonnulli præcipitant, vt affirmant has proprietates hypostasum, neque per accidens produci cum ipsis hypostasibus: verbi gratia, filiationem non esse rem productam in Filio, neque etiam per accidens. Quòd si obijcias consequens effici, vt aliquid sit in Filio personale, quod non sit à Patre productum, scilicet ipsam filiationem; & consequi vt filiatio sit à se, siquidem non est ab alio. Respondent filiationem non esse à se, quia fluit ab essentia, siue à persona in qua est.

Sed ista sententia est incredibilis, & aperte falsa, cum non sit consona fidei

Catholicæ. Hoc autè quòd aimus, fluere, Verbum æquiuocum est: nam si de vero fluxu intelligatur, fluere est re ipsa ab alio deriuari, siue emanare, & fluxus est realis processio; quo pacto nò potest intelligi, quod filiatio fluat, hoc est, procedat, aut ab essentia, aut à Filio: quia res sunt distinctæ ea quæ procedit, & ea à qua procedit; filiatio verò, neque à Filio, neque ab essentia est res distincta: quare neque ab iisdem procedit, vt perspicuū est. Si verò dicamus eo modo filiationem fluere ab essentia, aut à Filio, quo relatio creata fluit à fundamento; etiam fluxus ille relationis creatæ realis est, vt

lib. 3. dicemus, & relatio res est distincta à fundamento, saltè ex natura rei. Non igitur eodem fluxu fluit filiatio ab essentia, aut à Filio. Quòd si nostro duntaxat intelligendi modo dicatur filiatio fluere ab essentia; hoc fluere non significat realem processionem, sed modum intelligendi, quo vnum ab alio intelligitur ordine quodam, vt intellectionem diuinam intelligimus ab intellectu fluentem, vbi nulla est realis processio. Hac autem significatione, etsi filiatio fluat ab essentia, siue à Filio, tamen re ipsa non fluit ab ijs, & secundum istorum opinionem non fluit reali fluxu à Patre; ergo filiatio à se ipsa est: & cum persona Filij, nihil sit præter filiationem, & naturam, Filius à se est, siquidem natura Filij à se est, cum sit diuina essentia, & primum ens; & filiatio à se, vt illi volunt: ergo Filius à se est: Dicere autem Filium esse à se, hæreticum est; quare omnibus modis necesse est, vt producto Filio producatur filiationem, non per se, quia non significatur, vt hypostasis, sed vt proprietates hypostasis: quo fit, vt producta hypostasi, producat & proprietates illius, saltè per accidens; alias filiatio est res improducta, & in genita, quod etiam est hæreticum; quia ingenitum est proprietates Patris. Nihil igitur est propriū Filio, quod sit ingenitum; filiatio ergo saltè per accidens est per generationem producta. Vnde colligendum est in Filio, & Spiritu Sancto ea non esse producta, quæ communia sunt; producta enim per hoc ipsū distinguuntur à producētibus; communia autè sicut nò distinguuntur à producentibus; ita non producuntur, etiam per accidens, sed solū comunicantur: communia

autem

consona fidei, i. impugnatio-  
nis responsi-  
refutatur.  
Non fluit ab  
essentia, aut à  
Filio, verò fluxu,  
cum hic sit realis processio.

Nec illo fluxu quo relatio creata fluit à fundamento, cum hic sit etiā realis processio.

Si nostro duntaxat intelligendi modo fluit, re ipsa non fluit, sed est à se.

Natura Filij est à se.

Dicere Filium esse à se, hæreticum est.

2. impugnatio  
Dicere filiationem esse rem improductam & ingenitam hæreticum est, quia ingenitum est proprietates Patris.

Corollar.

In Deo communia, scilicet essentialia, & spiratio actiua comunicantur non producuntur



**Cartus.**

Per non conueniens, non intelligūt nō vtile ad finē, seu non expediēs, sed naturæ repugnās.

4.

**Scoti impugnationes**  
4. rationum  
**S. Thomæ.**  
Videatur  
**Rada cōt. 9.**  
1. ratio ex vnitāte operatiōnis.

**Impugnatio.**

1. responsio  
**Caiet.**

**Torres.**

Est consona doctrinæ cap. 20. p. 2. n. 3.

**Replica ex S. Thomæ.** relato ibid. n. 4.

Solutio tradita ibidem.

Ex distinctiōe rationis in principijs, siue operationibus non interitur realis distinctiō processio- num, ac terminorum, vt ex causa formali, aut vniuersim causate, sed vt ex iudicio, & dūtaxat in tali materia.

Tamen S. Doctores ex vna operatione quatenus est vna etiā specie, & ratione formali, benè colligit vniuersim vnum terminū re ipsa, nō duos.

non erat, & idem videtur sentire Dionys. Carthus. in 1. d. 13. q. 1. Sed hæc simili modo exponenda sunt: quædam enim dicuntur non decere, aut non conuenire, ratione finis; quæ dicimus non expedire, non esse vtilia, aut honesta; & hoc modo conuenientia non quadrat in diuinam originem, in qua non est finis: alio modo non conuenit, quod naturæ repugnat: & ita possumus hos auctores interpretari.

Cæterum, quia Ioannes Scotus conatur infirmare quatuor rationes, quibus S. Thom. 1. p. q. 41. ar. 6. veritatem istam ostendit; easdem & explanandas, & tuendas singulatim subiiciemus. Prima est, Pater intelligit omnia vnico actu; sed Verbum procedit per actū intellectus; ergo procedit Verbum vnum. Contra obijcit Scotus, quia in Deo est vnica operatio, quæ simul est intellectio, & dilectio; personæ autem procedentes sunt duæ; non igitur ab vnitāte operatiōnis rectè petitur vnitās procedentis. Thomas Caiet. & Bartholomæus Torres hoc laborant, vt ostendant à distinctiōe rationis posse duci realem distinctiōem; & ita à bono, & vero, quæ ratione sola sunt distincta, intellectum, & voluntatem creatam reali distinctiōe speciem suam habere; & ita etiam ab vnitāte rationis formalis intelligēdi, posse deduci vnitatem realem Verbi procedētis. Sed tamen S. Tho. de potent. q. 10. ar. 2. iam pridem nos docuit realem distinctiōem processio- num diuinarum non desumi à distinctiōe rationis principiorum, vt iā docuimus: quare nec ab vnitāte rationis formalis operatiōnis vnitās realis termini videtur posse desumi. Dicendum igitur est, quod etsi ex distinctiōe rationis in operatiōibus, non deducatur realis distinctiō processio- num; benè tamen ex vnitāte rationis vnitās realis colligitur: nam realis distinctiō est necessaria causa distinctiōis rationis, nō verò distinctiō rationis est causa distinctiōis realis. Quod ergo intellectus diuinus, & voluntas distinguantur ratione, nō infert realem distinctiōem operatiōnū, aut terminorum: contra verò distinctiō realis terminorū indicat distinctiōem rationis in operatiōibus, & principijs. Imò credidit Scotus colligi distinctiōem ex parte rei inter intellectum, & voluntatem, eò quod Deus Pater generet per intellectū,

A & spiret per voluntatē. Rectè ergo colligitur, quod si essent duo verba re ipsa distincta, essent duæ intellectiōes saltē ratione formali distinctæ. Cum ergo in Deo intelligere sit vnū, etiā ratione formali vnum; est & verbum vnum re ipsa, non duo: quia necesse esset, quod saltem nostro modo intelligendi per vnā intellectiōem verbum vnū procederet, & per aliam aliud. Scotus verò existimauit S. Thomā ex vna operatione, quatenus est vna numero, arguere vnū terminū operatiōnis; cum tamen in Deo cū vnitāte naturæ sit simul distinctiō numerica procedentiū. Dicendum etiā est, quod forsan S. Thom. ab vnitāte formali ad formalē argumētum ducit hoc modo: Est in Deo cognitio vna, sapiētia vna; ergo & Verbum vnum vnitāte quadā rationis formalis. Eodem ergo modo, sicut ex eo, quod in Deo ponimus vnā rationem formalem scientiæ, non esse plures scientias specie colligimus; neque numero esse scientias plures: ita ex eo, quod ponimus vnā rationem formalē Verbi, ponimus & Verbum numero vnum. Eadē enim ex causa repugnat esse plura verba diuina, sicut & deitates plures, & sapiētias plures: nam verba esse plura etiam repugnat ex vnitāte naturæ, & intellectiōis. Quare firmisimum est hoc primum argumentum S. Thomæ; rectè quippè dixit S. Anselm. duos esse Deos, si duo essēt ingeni, quia essent duo principia distincta: & sanè ob eandem causam duo essent dii, si duo essent geni; quia duæ essent generatiōnes ex duabus substantijs, nō ex eadem.

Secunda ratio S. Thomæ est, quoniam natura est determinata ad vnum; sed processio diuina est naturalis; ergo ad vnā personam terminatur. Opponit se Ioan. Scotus, arguitq; S. Thomam dicens, naturam esse determinatam ad vnum in specie, scilicet ad speciem vnā, sed nō ad vnum indiuiduum, cum homo naturā generet plures liberos. Quod ergo processio diuina sit naturalis, comprobatur solummodò procedentes esse eiusdem speciei, & naturæ; non verò ostendit non posse esse plures genitos in natura eadē.

Observandū est autē illud esse Arist. pronunciatū 9. Metaph. tex. 3. & 10. quod natura terminatur ad vnū; qd idē asserit Auerroes 12. Metaph. cōm. 44. sed Arist. eo in loco videtur loqui de vnitāte formali secundū speciem; ait enim voluntatē esse

**Scoti existimauit S. Th.** ex vna operatione, quatenus vna numero, arguere vnum terminum.

2. Responsio.

Eam rationē procedere ab vnitāte formali scientiæ, v. c. ad formalem Verbi, & ab hac ad numericam.

Verba esse plura repugnat ex vnitāte naturæ, & intellectiōis.

**S. Anselm.**

5. 2. ratio ex hoc pronunciatō, Natura est determinata ad vnum.

Impugnatio.

6. Pro respōs. explicatur illud pronunciatum Arist.

**Auerroes.** Prior loquitur de vnitāte formali secundum speciem.

esse

esse ad opposita, naturam verò ad vnum; opposita autem distinguuntur rationibus formalibus: est ergo voluntas ad ea, quæ etiam specie, aut genere distinguuntur; natura autem semper ad similia, vt liquet. Auerroes autem de vnitatem numerica sermonem facit; ait enim voluntatem esse ad plura, naturam ad vnum. Dicendum est ergo, quod agens suapte natura determinatum est ad vtrumque, scilicet ad vnum in specie, & in numero: nam agens expetit communicare formam, non verò diuidere formam; diuisio enim est non ens: agens autem non expetit non ens, sed ens; diuisio ergo forme accidit operationi agentis per accidens ex diuisione materie: & declaratur exemplo, nam hic ignis generat hunc ignem; quod autem hic ignis, & hic ignis, siue plures ignes generentur, accidit ex hoc, quod sunt plura ligna, quæ concipiunt ignem: voluntas autem est ad apposita, & ad plura eadem ob causam, quam Arist. ibidem indicat: quia voluntas sequitur rationem, in qua inueniuntur plura simul cognita, & opposita: operatio verò nature sequitur formam, quæ est determinata in specie, & numero. Cui ergo in Deo nihil sit per accidens; neque accidat diuisio forme ex diuisione materie; consequens est, vt operatio naturalis sit omnino determinata ad vnum in specie, & in numero: quæ est conclusio depròpta ex mente Arist. & Commentatoris. Et hoc idem dicendum est de processione Sp. Sancti; nam, etsi non sit per modum nature, sed per modum voluntatis, eo tamen in sensu, quo explicatum est, spiratio est à voluntate, vt natura est, naturalisque operatio est, quod antea etiam docuimus.

Tertia S. Doctoris ratio ea est, quod filiatio diuina, quæ est proprietas Filij, cum sit infinita, continet totam rationem filiationis; non potest ergo inueniri in Deo alia filiatio infinita extra illam: & hoc confirmat S. Athan. lib. 1. contra Arium, vbi docet, idcirco, quia Pater est perfectus Pater, non alium Patrem posse in Deitate inueniri, sed vnum Patrem; quod enim perfectissimum est, vnum est. Intendit contra Ioan. Scot. argumentum, quod lib. 1. refutatum est, quod ex ijs esset consequens, vt vnica esset persona diuina, quæ contineret totam rationem personæ. Quod etiam confirmat, quia Pater habet quidem Deitatem, sed non omni modo possibili, quia modo alio habet Deitatem Filius; quo Pater non habet. Si-

**A** militer ergo duo filij, alio atque alio modo haberent eandem Deitatem.

Circa hoc argumentum præter ea, quæ diximus lib. priori obseruat argutissimè Tho. Caiet. naturam generis esse imperfectam; quia non continet actu differentias specierum, quæ sunt perfectiores: quare si fingamus colorem in genere subsistere absque subiecto, esset quid infinitum, quia non esset determinatum à subiecto; sed non esset quid perfectum in suo genere, quia non haberet perfectionem colorum in specie: non enim simul esset ille color albedo, & nigredo: albedo verò subsistens, haberet simul omnes gradus albedinis; quia non essent gradus illi à subiecto determinati. Personalitas ergo est quasi genus, Paternitas quasi species personalitatis: non ergo esset perfectio, quod personalitas, quæ est quasi genus, in Deo subsisteret; sed Paternitas, quæ est quasi species; igitur Paternitas absque subiecto habet rationem omnis Paternitatis; & hoc eius excellentiã, quam maximè comprobatur, vt S. Tho. docet. Hæc tamè illud Scoti argumentum non satis refellunt; nam si esset vna personalitas in Deo, ea esset species, non genus: & sicut modo sunt tres personalitates sub nomine analogo, quasi generico; ita essent plures filiationes sub analogo, quasi generico.

Respondetur tamè quod perfectio relationis desumitur à fundamento; quare si essent filiationes duæ, essent generationes duæ ex duabus naturis, aut partibus nature, vt diximus: quare neutra filiatio esset perfecta, quia non contineret totam rationem filiationis, quæ constituta est in generatione personæ vnus ex tota natura.

Quod verò ait Patrem non habere Deitatem omni modo possibili, explicandum est; si etenim modum appellat proprietatem personalem, verum est, sed ad rem non est: si verò modum dicat, quo scilicet Pater est habens Deitatem, vt ipse sit Deitas, & Deus, falsum est alium modum possibile esse, nisi eum, quo Pater Deitatem habet. Quod si essent duo filij, alio modo reali esset generatio vnus, & alterius: nam de eadem natura modo eodem vnus duntaxat filius potuit gigni.

Vltimum argumentum S. Doctoris est, quod repetit q. 2. de potest. art. 4. Formæ eiusdem speciei non multiplicatur, nisi in materia; sed filiatio est forma, quasi speciei; ergo in Deo, in quo non est materia,

8.

Pro responsione Caietani, prænotandum. Natura generis est imperfecta: vnde color licet fingatur subsistens, ac proinde esset quid infinitum non tamè esset perfectum in genere suo. Secus de natura speciei, v. g. albedine.

Responsio. Personalitas est quasi genus.

Paternitas est subsistens, & quasi species vnus de est infinita & habet rationem omnis Paternitatis.

Improbatur vt non satis solvens, cum impugnatione probet filiationem esse quasi genus.

9. Responsio plenè soluens ex confirmatione traditæ n. 2.

10. Ad confirm. impugnationis.

Pater est habens Deitatem omni modo possibili quo est habens Deitatem, vt ipse sit Deitas & Deus. Si essent duo filij alio modo reali esset generatio vnus, & alterius.

11. 4. ratio. & multiplicitate forme eiusdem speciei extra materiam.

Posterior de vnitatem numerica.

Responsio. Natura est determinata ad vtrumque, scilicet ad vnum in specie, & in numero. Ostenditur. Diuisio est non ens: vnde non expeditur ab agente perse, sed accidit operationi ex diuisione materie. Declaratur exemplo.

Voluntas est ad opposita, & ad plura, quia sequitur rationem. Operatio nature sequitur formam.

Licet spiratio sit per modum voluntatis est à voluntate, vt natura est, vt cap. 55. p. 1. n. 4 & 5.

7. 3. ratio est infinitas diuina filiationis. Confirmatio S. Athanasij colona primæ rationi nu. 2. Quod perfectissimum est vnum est. Impugnatio Scot.

Confirmatur impugnatio.

Impugnatio  
ex Scoto, &  
Aureolo de  
formis inharé  
tibus eisdem  
speciei in eodē  
subiecto mul  
tiplicatis.

Item de pluri  
bus angelis in  
eadem specie.

12.  
Responso.  
Mar. Vic.  
explicatur.

13.  
Hæresis Valē  
tini de 30. æo  
nibus.

Ponit primū  
æonē que pro  
archē, Pro, a  
tōra, eubythō  
dicit: & confor  
tem eius En  
næan, quā cha  
rin, seu figen  
vocat.  
Deinde ponit  
primū partum  
Nun, masculū  
& Alethian fœ  
minam, & sic  
secūdum par  
tum, &c.

S. Irenæus.

Theodoret.  
S. Epiphani.

S. Irenæus.

Tertul.  
S. Hilari.  
S. August.

nō potest multiplicari. Contra arguunt  
Ioan. Scotus, & Aureolus: forme quippe  
inherentes inueniuntur in eodem subie  
cto solo numero distincte, vt plura lumi  
na in eodem aere; & plures species visi  
biles in eodem sēsu; & plures intellectio  
nes simul in eodem intellectu; & plures  
paternitates in eodem homine: Deniq;  
plures angeli remotā materiā in specie  
eadem.

Res hæc postulat lōgiorē disputatio  
nem ad Metaphysicū pertinentem, quā  
lib. 4. suscipiemus cōmodiūs. Marius Vi  
ctor. lib. 3. cōtra Ariū ait Filium vt Filiū  
esse vnū, vel vnicū; Verbū autē geminū:  
quia credit nomine Verbi intelligi duo  
attributa, scil. vitā, & cognitionē, nomine  
Filij solā substantiā: eadē tñ persona est  
Filius, & Verbū, vt ex ipso loco colligi  
tur, & ex alijs libris illius contra Arium.

*Refellitur hæresis Valentini.*

**H**oc autem loco refellenda esset hæ  
resis Valentini, qui processione  
diuinā per coniugationes plures dilatat,  
mares, & fœminas inducēs: ponitq; Deū  
primum, quem appellat primum æonē,  
hoc est sæculum, eundemq; Proarchen,  
id est, ante principiū, & Propatora, scil.  
Patre priorē, & Bython, videlicet pro  
fūditatē nominat: cum ipso autē fuisse  
Ennæan, hoc est, cogitationē, quā etiā  
appellat Charin, id est, gratiā, & Sigen. Et  
Ennæan cōcepisse ab æone, & liberos  
duos edidisse, masculū, & fœminam, scil.  
Nun, id est, mentē, quam vnigenitū quo  
que vocat, & Alethian, id est, veritatem.  
Ad hunc modū subijcit plures alias cō  
iugationes diuinæ generationis, vsq; ad  
numerū trigenariū, binis semper editis  
mare, & fœmina; generationem verò de  
fecisse edito solo mare, quem & termi  
nū vocat; vel fortē edita fœmina, vt vult  
S. Irenæus, & ab hac vltima prole Chri  
stum, & Spiritum Sanctum procreatos.  
Quarum rerū studiosa narratio memorię  
prodita est à Theodoro lib. 1. Hæreti  
carum fabularū, & à S. Epiphano hæresi  
3. 1. & lib. hæret. fabul. cap. de Valentino,  
& à S. Irenæo lib. 1. aduersus hæreses, c.  
1. fufissimē, à quo per libros plures refu  
tatur hæresis ista, & à Tertullian. lib. de  
præscriptionib. aduersus hæreticos c. 49.  
Meminit etiam hoc S. Hilarius lib. 6. de  
Trinit. & August. lib. de hæresib. cap. 11.

**A** & Clem. Alex. lib. 4. Strom. & S. Cyrill.  
Alex. lib. Cathes. c. 6. diffuse, & Theo  
phrastus lib. de hæresib. & Tertul. lib. de  
præscript. aduersus hæreticos. Basilides  
etiā, quem cōmemorat Theophrastus, si  
mitem consuit hæresim, scilicet quod de  
Deo natus sit intellectus, de intellectu  
verbū, de verbo sensus, de sensu, & vir  
tute sapiētia, de virtute, & sapiētia prin  
cipatus, & potestates, & quidam angeli.  
Nicolaus etiā, quem idem Theophrastus  
ait septimū fuisse de diaconis electis ab  
Apostolis de multis æonibus, & genera  
tionibus hæresim prædicauit. Post hos  
Ptolemæus, & Secūdus, qui posuit æones  
infinitos, eodem Theophrasto teste, &  
adhuc alius Heracleon fuit Valentino  
similis, vt Tertull. narrat libr. eodem.

**B** Sed isthæc deliramenta sūt indigna, que  
argumentis refellantur; & sanè videri ur  
fuisse hæresis Ariana in eo, quod Christū,  
& Spiritum Sanctū post multos æones,  
hoc est, sæcula procreatos dicit, quasi in  
tēpore creatos: & à Sabelliana non mul  
tū abhorret, quia viderur ponere pro  
cessiones non reales, sed mysticas, & ra  
tionis duntaxat; nam & mens, & veritas,  
qui dicitur partus primus, in Deo est sine  
processione: maximè cū hic auctore fa  
bulæ sequatur Platonem, qui (vt æquum  
est credere) in Deo nō posuit processio  
nē, nisi rationis. In eo autē, quod medi  
tatur mares, & fœminas, etiā in sensu spi  
rituali, videtur ascribere Deo passiuum  
principiū, quod est maximè imperfectū.

**C** Deniq; id quod est magis ad rē, dum nu  
merū processionū dilatat, nō potest nu  
merum claudere ratione aliqua; sed casu  
quodā fortuito, & turpissimo, ait seriem  
generationis fuisse definitā. Est enim ar  
gumētum firmissimū, quod si in Deo es  
sent plures filij, essent infiniti; cū potētia  
infinita sit, & generatio naturalis, quæ  
vergeret in numerum infinitū. Ideoque  
iste veterator opposuit terminū, vt ge  
nerationis seriē definiret. Præterea Va  
lētinus ponebat sobolem diuinā, nō sola  
proprietate personali distinctā, sed etiā  
substantiā differentē: aliā enim nūcupa  
bat mentē, aliam veritatem, aliam vitā;  
quæ si sint re ipsā distincta in Deo, nō so  
la ratione distinguēda essent, sed essēt iā,  
& substantiā. Denique Valent. apertē as  
ferit hos filios, & nepotes pluribus æoni  
bus, id est, sæculis natos; quare absq; du  
bio excludēdi sunt ab æterna substantiā;

**D** neque

Clem. Alex.  
S. Cyrill.  
Theophrast.  
Tertul.  
Similem hæ  
resim consue  
runt Basilides.

Nicolaus de  
multis æonib.

Ptolemæus,  
Secūdus de infi  
nitis æonibus,  
Heracleon.

14.  
Hæresim istā  
esse Ariana  
ostenditur.

Item esse serē  
Sabellianam,  
ostenditur.

Secundō.  
Valentinus se  
quutus Plato  
nem.

1. refutatio hu  
ius hæresis.

2. refutatio ma  
gis ad rem.

Si in Deo essēt  
plures filij, es  
sent infiniti.

Valentini ma  
licia de termi  
no.

3. refutatio  
Æones diuini  
substantia.

4. refutatio  
Æones tempo  
rales, non æter  
ni.

5. refutatio. Valentinus bidita.

Illius fraus.

Nazianz. ait Valentini Deum hermaphroditum.

15.

Symbolum S. Athanasii.

neq; enim in substantia diuina potest nasci aliquid in tempore, vt diximus; no ergo sunt filij per naturam. Quod autem ponit Ennaan consortem primi Aonis, duo principia constituit, quorum vnum non sit ab alio; quod est asserere deorum binarium; praterquam quod ponit alterum Deum actiuum, alterum passiuum vt foeminam. Coniunxit ergo hic delusor fabulas, quibus stupidum vulgi animum admiratione quadam rerum no intelligibilium deluderet; quem false irridet S. Gregorius Nazianzen. oratione 5. Theologa, quod Deum hermaphroditum coleret, hoc est, simul marem, & foeminam.

Confirmatio.

Estantur autem Sacrae literae vnicum Dei Filium esse, quem vnigenitum saepius legimus; de ipsoq; Spiritu Sancto no minus aperte asseritur, quod sit persona vna: cu de vno saepius sermo sit. Idemq; ab Ecclesia definitum in symbolo canimus. Vnus Filius, no tres Filij; vnus Spiritus Sanctus, no tres Sp. Sancti.

CAPVT LXVII.

Spiritus Sanctus procedit vt amor, & vt amans, & vt amatum.

1. A luert. ex S. Thom. Nota reduplicante, qua causa indicat, aliquando indicatur totum id cui apponitur: Aliquando pars

Terminus formalis designatur vt pars: Terminus ad quem vt totum.

3. aduert.

Generatio terminatur ad personam Filij quasi ad terminum

Explicatis terminis diuinarum processionum operapretium erit rei definitae accommodare sermonem.

Observandum igitur est cum S. Thoma 3. p. q. 16. art. 8. quod nota reduplicans, quae causam indicat, aliquando indicat totum id, cui apponitur; aliquando partem. Cu dicimus, homo quatenus homo, est rationalis; verum est assertum secundum partem hominis, scilicet secundum animam; cum autem dicimus, homo vt homo, est animal rationale, no partem, sed totum reduplicatio comonstrat. Et quia terminus formalis est pars termini ad quem; dictio reduplicans aliquando designat terminum formalem, vt partem; aliquando terminum ad quem, vt totum.

Aduertendum etiam est, quod cu terminus formalis sit quasi forma termini ad quem, iste est quasi materia; calefactio enim terminatur ad corpus calidum, quod est quasi materia caloris; ad calorem vero terminatur vt ad formam: eodem modo diuina processio terminatur ad personam

A sonam diuinam, quasi ad terminum materiale; ad essentiam vero, tanquam ad terminum formalem: & singulatim generatio terminatur ad esse intelligibile, & spiratio ad esse diligibile, siue illud sit reale, siue sit essentialia addita relatione rationis; quia per hos terminos formales distinguuntur, vt docuimus.

Ex his colligimus, quod omnia quae continentur in persona procedente, possunt indicari nota reduplicationis, diuersis modis. Cu dicimus, Sp. Sanctus procedit vt Deus, indicatur terminus formalis praecipuus, qui est Deitas, siue essentia diuina: cum vero dicimus, Sp. Sanctus procedit vt ratio diligibilis, indicatur terminus formalis specificans ipsam processione, vt docuimus. Cu vero dicitur, Sp. Sanctus procedit vt amor, totus terminus indicatur, scilicet formalis specificans, & ipse terminus ad quem; quia diuinus Amor per dilectionem procedens significat vtrumque, & personam procedentem, quae est terminus ad quem, & rationem diligibilem, quae est terminus formalis: Sicut Verbum significat & personam ad quam terminatur generatio, & esse intelligibile a quo eadem specificatur. Denique si dicamus, Sp. Sanctus procedit vt sapiens, vt iustus, no indicatur terminus formalis processione, sed quasi materialis: quia enim diuina persona in sua essentia omnia attributa continet, omnia haec pertinet ad processione, tanquam terminus materialis, non tanquam terminus formalis. Vel etiam potest dici, quod in his non est sensus reduplicatiuus, qui causam indicat, sed specificatiuus duntaxat; quae reduplicatio nihil aliud praestat, quam vt rem ipsam clarius exprimat; v. g. Spiritus Sanctus procedit vt iustus, quia ipse, qui procedit, essentialiter iustus est; quae verba non declarant terminum formalem processione.

B Hae autem, quae dicta sunt, dilucidius explicata erunt, si vtamur nominibus singularium processione: nam processio diuina est quasi genus, cuius terminus formalis est essentia: at vero generatio habet terminum formalem esse intelligibile, spiratio autem esse diligibile; quo fit, vt haec propositio falsa sit: Filius ex ratione speciali generationis procedit vt iustus, quia tunc indicatur terminus formalis, vt specificans generationem.

num. materiale: ad Deitatem quasi ad formalem praecipuum: Ad esse intelligibile, quae ad formalem specificatem.

4. Colligantur modi quibus omnia persona procedentis indicatur nota redupl.

- 1. de termino formali praecipuo.
2. de formali specificante.
3. de toto termino, scilicet, de formali specificante, & ad quem, seu materiali.
Amor significat vtrumque, sicut & Verbum.

Attributa accommodantur diuinae processioni vt contenta in persona, quae est terminus materialis. Ostenditur.

Vel etiam vt contenta in essentia, in sensu duntaxat specificatiuo, de quo li. 1. cap. 33. p. 1. n. 14.

Declaratur.

5. Collectionis declaratio.

Processione quasi in genere terminus formalis est essentia.

De processione singularium.

Haec sunt vere Filius ex speciali ratione generationis,

non procedit ut iustus, sed procedit ut Verbum, ut forma intelligibilis: item ut Filius.

Hec, Filius procedit ut Deus, absolute concedenda.

Hec, Filius ut Deus est, procedit, vera est, si reduplicatio cadat supra totum terminum.

Itē si cadat supra formam, id est, Deitatem.

Falsa est, si reduplicatio cadens supra formam indicet adaequatam rationem processionis. Ostenditur.

1. Assertum confirmatorium pro inscriptione. 2. assertum est inscriptionis 1. pars. Ostenditur.

3. assertum pro 2. parte. In sensu specificatio duntaxat

Hæc autem vera sunt enuntiata: Filius ex propria ratione generationis procedit ut Verbum, & non procedit ut iustus; & procedit ut forma intelligibilis; tunc enim indicamus terminum formalem specificantem: procedit etiã ut Filius, quia ipsa persona diuina cogitando præcisa dat etiam speciem quodammodo processionis, ut docuimus. Cætera attributa processionis diuinæ accommodantur, vel ut contenta in persona, quæ est terminus materialis; vel etiam ut contenta in essentia in sensu specificatiuo, non reduplicatiuo, ut dictum est.

Aduertendum tamen est, quod hæc propositio, Filius procedit ut Deus, absolute concedenda est, quia significatur, quod terminus formalis processionis est Deitas; reduplicatio enim in prædicato cadit supra formam, ut docet S. Thom. Sed hæc altera, Filius ut Deus est, procedit, ut reduplicatio sit in subiecto, distinguenda est; si enim reduplicatio cadat supra totum terminum vera est propositio: nam Filius ut Deus, est simul & Deus, & Filius, ac si dicas clariùs, Filius ut Deus Filius, procedit; quod verum est. Si verò reduplicatio cadat supra formam, adhuc est vera propositio; quia Deitas est principium processionis formale; quare etiam in hoc sensu, Filius ut Deus procedit. Si verò hæc reduplicatio cadens supra formam, indicet adaequatam rationem processionis, falsa est propositio: significatur enim quod Deitas, in quocunque inueniatur, sit ratio procedendi, siquidem sit ratio adaequata; si enim ut Deus procedit, quidquid Deus est, procedit. Pater ergo, qui est Deus, procedit, quod est hereticum. Studium enim diligentissimum est rebus his, ac loquutionibus adhibendum, ne in verbis deceptio accidat.

Ex his iam liquet, quod Spiritus Sanctus propriè, & formaliter procedat, ut Deus. Quod verò procedat ut Amor; certo etiã credimus: Amor enim, ut est nomen Sp. Sancti, non significat dilectionem, quæ est operatio essentialis, sed terminum eius productum, ut initio istius libri diximus: & ita dicendo, Sp. Sanctus procedit ut Amor, uterq; terminus processionis explicatur; sicut & de Verbo diximus.

Colligitur etiam, quod in sensu non reduplicatiuo, sed specificatiuo, Spiritus

Sanctus procedit, ut iustus, ut sapiens, imò ut ipsa sapientia; quia sapientia non est terminus formalis diuinæ generationis: & similiter Filius procedit, ut charitas, hoc est, ut essentialis dilectio; hæc enim omnia attributa communia sunt utrique processionis. Quod confirmatur Patrum dictis frequentibus, S. Ioann. Damasc. lib. 1. fidei orthodox. c. 5. vocat Filium potentiam Patris. S. verò Anselm. Monolog. cap. 56. verbis expressis hoc docet, dum ait, ita Spiritum Sanctum posse dici Sapientiam, & virtutem Patris, & Filij, sicut & Filius dicitur sapientia, & virtus Patris: dum autem dicitur sapientia Patris, significatur processio à Patre: & Filius ergo, & Spiritus Sanctus procedit, ut sapientia, & ut virtus, & ut charitas Patris; sicut uterque procedit, ut Deus. Ita etiam S. Athanas. ad Theophil. lib. 1. Filium vocat sapientiam Patris, & voluntatem Patris: Quoniam (inquit) Filius, qui est sapientia Patris, ipse est & voluntas Patris. Procedit ergo Filius, non solum ut sapientia, quod pertinet ad intellectum, sed etiam ut voluntas. Et instar harum inueniuntur similes sententia apud Patres. Et S. Thom. q. 10. de potent. art. 2. ait Filium posse dici voluntatem genitam, sicut sapientiam genitam: quare & Spiritus Sanctus dicitur sapientia spirata.

Verum est, quod nomen sapientia accommodatur Filio, & nomen charitatis Spiritui Sancto; & ita nomen commune per accommodationem fit proprium: qua significatione non dicimus Spiritum Sanctum procedere, ut sapientiam. Et hoc docuit S. August. de Trinitate cap. 7. nam Filium ait sapientiam propriè, & Spiritum Sanctum propriè charitatem; cum tamè nomen utrumq; sit commune Trinitati: est enim significatione commune, accommodatione proprium.

Sed adhuc explicandum est S. Thomæ proloquium 1. p. q. 34. art. 2. quod Filius Dei procedit, ut Verbum intelligens: nam quod Filius procedat, ut intelligens, in sensu specificatiuo accipiendum est; neque potius ut intelligens, quam ut diligens procedit: cum operatio Filij non sit terminus formalis diuinæ processionis. Qua in re viri aliàs docti decepti sunt; Pater enim generat, quatenus

xat, Sp. Sanctus procedit ut sapiens, imo ut sapientia Patris, & Filij. Probat.

Confirmant

Damascen.

S. Anselm.

S. Athanas.

Ex S. Tho, Sp. Sanctus potest dici sapientia spirata.

9. Nomen sapientia ut & charitatis est significatione commune, accommodatione proprium.

S. August.

10 Explicata dictum S. Tho. In sensu specificatiuo duntaxat Filius Dei procedit ut intelligens, sicut & diligens. Ratio.

Molina deceptus.

Declaratur ratio explicatio- nis ex n. 5.

S. Thomas dixit Filium Dei procedere vt Verbum intelligens, vt significaret Filium Dei esse Verbum subsistens.

11. Pro 3. parte in scriptionis, Recolitur 1. doctrina c. 1. p. 1. n. 3. & c. 4. p. 6. n. 1. 4. & 9.

quatenus est intelligens, quia eius intel- lectio est operatio notionalis, vt docui- mus; sed Filius non generatur ex pro- pria ratione generationis vt intelligēs, sed vt intelligibile, scilicet, ut Verbum. At vero S. Thom. vt significaret Filium Dei esse Verbum subsistens, quod etiam per se intelligit, dicit procedere vt Ver- bum intelligens: primum pertinet ad terminum formalem, scilicet quod pro- cedat vt Verbum. Quod autem proce- dat: vt intelligens, pertinet ad materia- lem terminum, scilicet ad Verbum, vt est persona subsistens, & operans. Et eo- dem modo Spiritus Sanctus procedit vt Amor amans.

Sed queritur vtrum procedat etiam vt amor amatus? Ad hoc intelligendum recolenda sunt, quae diximus in exordio libri istius: primum esse intellectū, aut dilectum sunt relationes rationis; sed verbum dicitur res intellecta, quia res

in verbo intelligitur; & amor dicitur res dilecta; quia amore diligimus: qua sig- nificatione Spiritus Sanctus procedit vt res amat, scilicet, vt amor. Quod si Verbum est id, quod posuimus, quod scilicet essentia diuina, vt est per se pri- mō intellecta, est quidpiam reale, & at- tributum Deitatis; & eodem modo, vt est per se primō dilecta: proculdubio quod Spiritus Sanctus procedat vt di- lectus, scilicet, vt per se primō dilectus, significat terminum formale processio- nis specificum. Et idem est, ac si dica- mus, procedit vt amor, procedit vt pri- mum diligibile, siue dilectum: quae om- nia eodem loco declarata sunt. Quod igitur Spiritus Sanctus procedat vt di- ligens, non potest explicari in sensu re- duplicatiuo; sed bene quidem, quod procedat vt dilectum, siue vt dilectus secundum essentia. Et haec sint satis.

c. 13. n. 6. & cap. 46. n. 18.

Recolitur 2. probabilis sen- tentia de qua c. 14. p. 2. n. 5 & p. 3. n. 14 & c. 15. n. 12. 16. & c. 28. n. 19.

Iuxta eā sent. in sēsu redupl. Sp. Sāctus pro- cedit vt dilec- tus, significa- tur enim ter- minus forma- lis specificus processio- nis. Non sic ex- i- catur hae, Sp. Sāctus proce- dit vt diligēs,

Finis libri secundi.



LIB. III.





# LIBER III. DE RELATIONE SPIRITVS SANCTI.

## CAPVT PRIMVM.

*In rebus creatis quedam sunt relationes reales.*



**D**ISPVTATVRI de diuinis relationibus, de ijs quæ sunt in rebus creatis primò differimus, vt ab istis gradum faciamus ad diuinas, ordine ipso disputationis diuinis relationibus accommodato. Capituli huius duæ sunt partes.

Prior pars. *De relationum distributione.*

Posterior pars. *Sunt in natura rerum relationes reales.*

### PARS PRIOR.

*De relatorum, & relationum distributione.*

1. diuisio relatorum in relata secundum dici, & relata secundum esse.

**R**elata quedam sunt secundum dici, quedam secundum esse. Relata secundum dici ea sunt, quæ ad aliud dicuntur: at verò relata secundum esse sunt, quæ non solum dicuntur ad aliud, sed sunt quoque ad aliud. Cum ergo hæc, & illa relata ad aliud dicantur, vt ponamus inter ea discrimen, necesse est priorum relatorum definitionem sic explicare; quòd relata secundum dici ad aliud dicantur duntaxat, non autem sint ad aliud: relata autem secundum esse non solum ad aliud dicuntur, sed maxime sunt ad aliud. Quæ diuisio relatorum ex Aristotele colligitur cap. ad aliud.

Inter hæc discrimen.

*Aristot.*

2. In posterioribus ipsa relatio est forma significata per nomen:

Ex quibus consequitur, quòd in relatis secundum esse ipsa relatio est forma significata per nomē, vt genus, species, Pater, similis: singula quippè significant

**A** relationes, quibus relata ad aliud sunt. In relatis autem secundum dici forma significata per nomen est absoluta; sed dicitur ad aliud, propter relationem coniunctam; vt scientia, quæ est qualitas in mente secundum hoc nomen, dicitur ad scibile propter relationem adiunctam, qua respicit ipsum scibile.

**B** Heruzus quodlib. 3. q. 4. credit relata secundum dici esse ea, quæ referuntur relatione rationis, non reali; quod confirmat ex Auicenna 3. Metaphysic. dicente, ea relata esse mente concepta. Sed fallitur maxime, quoniam in hac distinctione prima relatorum non illud æstimamus, siue relatio realis, aut rationis: sed vtrumne relatio sit res significata per nomen? quare genus, & speciem numeramus inter relata secundum esse, cum relationes significatæ sint intentiones secundæ. Et ipsa vniuersalitas, quæ est relatio rationis, est relatum secundum dici ad vniuersale; quia est vniuersalis vniuersalitas, sicut albi albedo. Et contrario modo scientia est relatum secundum dici, etsi relatio eius ad scibile sit realis; quia non significatur illa relatio per hoc nomen scientia.

**C** Quod obseruat S. Thom. in 1. d. 30. q. 1. art. 3. ad 4. Et q. 7. de potent. art. 10. ad 11. Quamobrem Auicenna interpretandus est, quòd non intellexerit in omni relato secundum dici relationem esse rationis: sed aliud fortè argutius voluit indicare, scilicet, relatum secundum dici solo modo intelligendi adnuere relationem; ita vt relatio non sit res significata,

In prioribus forma absoluta; sed dicitur ad aliud propter relationem coniunctam.

3. Heruzus credit relata secundum dici ea esse, quæ referuntur relatione rationis, non reali. Auicenna. Refellitur Heruzus.

Genus, & species sunt relata secundum esse. Vniuersalitas ipsa est relatum secundum dici ad vniuersale.

Item scientia ad scibile.

S. Thom.

Auicenna explicatur. Relata secundum dici solo modo intelligendi, siue significandi inouunt relationem.

cata, siue illa sit realis, siue rationis relatio; sed sit cum modo significandi, siue intelligendi coniuncta: quod est scite dictum, & non oscitantè obseruandū.

Est autem consecretarium, relata secundum dici æquiuocè, soloque nomine dici relata; cum res significata per nomen non sit relatio, sed absoluta res. Vnde in his relatis propriè loquendo nomina sunt relata, non res. Et idcirco aptè appellantur relata secundum dici; quia sunt res absolute solo modo significandi relata ad aliud.

Per hæc autem enodatur illa difficultas, quæ viros doctos, & solertes excruciat, quid sibi velit Arist. cap. ad aliud, cum ait scientiam genere referri ad scibile, in specie autem non referri. *Nam scientia (inquit) est ad scibile, grammatica verò ut sic non est ad aliud.* Ea enim relatio quæ inuenitur in genere, necessario, & in specie inuenitur; ergo non minus grammatica est ad aliud, quàm scientia. Respondendum est, re ipsa verum hoc esse, sed modo significandi falsum: quia scientia habet suum nomen correlatum, scilicet scibile; grammatica autem non habet; sunt enim hæc relata secundum dici, non secundum esse. Cū verò inquiritur, quænam sit relatio horum relatorum secundum dici, dedimus iam responsum, in his relatis non significari relationem formalitè: sed ex modo significandi indicari relationem, siue realè, siue rationis. Relatio igitur scientiæ nomine indicata poterit esse realis, & relatio in scientia Philosophiæ contenta, etiam realis; sed nomine scientiæ indicatur illa relatio, nomine autè Philosophiæ non indicatur. Idcirco scientia est relatum, scilicet secundum dici: Philosophia autem non inter relata numeratur; quia non habet correlatū nomen, cum quo mutuo conuertatur.

Succedit alia distributio relationum in prædicamentales, & transcendentales. Has transcendentales aiunt per omnia genera rerum vagari; vnde illis hoc nomen inditū, quia nomina communia dicimus transcendentia. Aiunt ergo has relationes esse intimas rebus ipsis absolutis; quò satis superque differunt à prædicamentibus, quæ rebus absolutis adueniunt; & definitione differunt ab iisdem. Relationes autè transcendentales sunt ipsi modi intrinseci re-

rum absolutarum, siue ipsarum differentiarum; vt accidens secundum modum sibi intrinsecum refertur ad substantiā, & scientia secundum propriam differentiam ad suum obiectum. Et ita res ipsæ per hos modos intrinsecos, siue differentias constitutæ, sunt relata; quarum relationes sunt ipsi modi, siue differentiarum rerum. Et quoniam ipsi modi, siue differentiarum rerum absolutarum, sunt etiam absolute res; aiunt relationes transcendentales ita esse essentialiter res absolute, sicut sunt essentialiter relationes: esseque has relationes reales, vtpote intimas ipsis rebus. Et hoc idem capropter, vt certum constituitur, quia hæc relationes non possunt separari à conceptu rerum absolutarum; ergo sunt intimæ ipsis rebus absolutis; sunt igitur reales relationes. In rebus enim nihil est intimum, quod non sit res. Vnde S. Thomas 7. Metaph. lectione 4. & 1. 2. q. 55. art. 2. ad 3. asserit res quasdam esse, quæ ita pendent ab alijs, vt sine ipsis non possint definiri, propter habitudinem quæ habent ad aliud, vt materia ad formam: est ergo illa habitudo, siue relatio intima ipsis rebus. Et confirmatur verbis S. Thomæ 1. p. q. 28. art. 1. *Quando (inquit) aliqua dua res secundum naturam suam ad inuicem ordinate sunt, & inuicem inclinationem habent, huiusmodi relationes oportet esse reales, vt in corpore graui est inclinatio, & ordo ad locum medium.* Ergo S. Thomas ipsam propensionem lapidis, quæ est qualitas absoluta; vocauit relationem realè, scilicet transcendentalem. Alij verò addunt has relationes transcendentales non inueniri in causis; sed in effectibus, qui scilicet pendent à causis, sine quibus non possunt definiri. Hæc tota opinio authorem habet, vt existimo, Thomam Caiet. de ente, & essentia cap. 7. q. 13. quem plurimi postea sequuti sunt. Nomen autem relationis transcendentis apud S. Thom. non legi; neque antiquiorem Caietano Doctorem in ea sententia numeratum.

Primò igitur arbitramur, relationes transcendentales non esse relationes suapte natura reales. Hoc autem videtur argumentatione euidentissima posse comprobari: neque enim nobis nunc quaestio est de distinctione reali relationis à re absoluta, quam postea tractabimus;

Transcendentium autores aiunt eas ita esse essentialiter res absolute, sicut sunt essentialiter relationes.

Huiusmodi relationes esse reales, probatur 1. eo quod sint intimæ ipsis rebus absolutis. Prob. idem. 2. ex S. Tho.

Confirmatur ex eodem.

Quorundam additamētū in solis effectibus inueniri relationes transcendentales.

Earū primus autor Caietanus

Apud S. Tho. nec nominantur.

7.

1. Conclusio. Relationes transcendentales non sunt relationes suapte natura reales.

Prob. euidentè.

4. Relata secundum dici non sunt simpliciter relata, sed æquiuocè, soloque nomine.

5. Ex dictis enodatur difficilis locus

Aristot. Scientia est relatum secundum dici, non verò grammatica.

6. Re verà relatio, quæ est in genere, est in specie, sed non indicatur per nomē speciei, cū hoc nō habet aliud nomē correlatū.

6. 2. diuisio relationū est

Caietani in prædicamentales, & transcendentales. Communis explicatio transcendentaliū quoad nomē, & quoad distinctionem à prædicamentibus, siue propriam ipsarum ratione.

Res absoluta, & ratio sunt rationes formales diuersæ, ac proinde sibi non intimæ.

*S. August.*

Esse ad se, & esse ad aliud, sūt primæ differentie entis.

Confirmatur. Conceptu rei absolutæ non intelligitur relatio.

Responsio *Caiet.*

Petit principium. Refellitur exemplo diuinis.

*Ad. arg. pro Caiet.*

In transcendētibz, ad res absolutas satis est addi relationes predicamentales, aut etiā rationis. Probat.

mus; sed de rationibus formalibus rei absolutæ, & relationis: constat autem rationes esse diuersas; quia res absoluta est ad se, & ratio est ad aliud; quæ sunt primæ differentie entis. Et hoc est principium illud scitissimum apud S. August. in lib. de Trinit. quo personas distinguit relatione, & essentiâ coniungit; quia scilicet esse ad se, & ad aliud sunt primæ entis differentie, siue distinctiones entis: ergo modus intrinsecus entis, siue etiam differentia speciei secundum propriam rationem absolutâ, non est relatio realis. Idem confirmatur nostro modo intelligendi, conceptu enim rei absolutæ non intelligimus relationem; sed altero conceptu rem absolutam, altero relationem intelligimus: ergo eo conceptu, quo intelligimus modos entis, absolutos, siue differentias, non intelligimus relationes transcendentales. Respondet Caiet. negando maiorem propositionem, scilicet quod conceptu rei absolutæ non intelligamus relationem, quando relatio est intima ipsi rei absolutæ. Sed hæc est petitio principij; hoc enim ipsum cōprobamus ex nostro modo intelligendi; quia etiā in Deo non possumus intelligere eodē conceptu rem absolutam, & relationem, sed distinctis conceptibus; vnde colligimus esse rationes formales distinctas; ergo etiam in relationibus transcendentibus, quæ sunt ad aliud, necesse est eas intelligere distincto conceptu, & non eodem, quo intelligimus res absolutas.

Quod si nobis permittant id, quod satis probatum est, relationes has transcendentales esse distinctas suis rationibus formalibus à rebus ipsis absolutis; conuulsus est fundamentum, quo firmabant illas esse relationes reales, quia sunt intimæ ipsis rebus: ostēdimus enim non esse intimas, sed additas, cum sint res distinctæ, saltem rationibus formalibus. Præterea quid prohibet has relationes non intimas, sed additas rebus absolutis, esse aut predicamentales, aut relationes rationis? Et hoc ipsum comprobatur; nam nominibus rerum absolutarum non significatur hæc relationes, siquidem sunt rationes formales distinctæ, sed solūmodo significandi indicantur, vt docebamus; ergo satis est ad ipsum modum significandi, & intelligendi, quod indicentur relationes ipsæ re-

bus absolutis cōuenientes, siue sint reales, siue rationis: verbi gratia, scientia intelligitur cum quadam relatione, scilicet, cum ipsa relatione predicamentali, vel etiam cū relatione rationis; & non cum relatione alia distincta, quæ nulla est, sed conficta. Nam argumentū illud, quod scientia non potest intelligi sine relatione, non ostendit non posse intelligi sine relatione predicamentali, vt liquet per dialectica præscripta de propositionibus exceptiuis.

Explicandum igitur hoc est, quod in scholis sæpius queritur; quid hoc sit, quod quædam res non possint explicari sine relatione, cum in sua intima ratione formali non contineant relationem? Ex qua declaratione veritas manifestius elucebit. Dicendum enim est, intellectum nostrum suapte natura intelligere assimilando, & referendo. Et sicut intelligit diuersa vno conceptu propter similitudinem, non cogitando de ipsa similitudine, vt lib. 5. explanabimus; ita intelligit diuersa propter relationem, qua intelliguntur coniuncta, siue coniunctim, siue sit relatio realis, siue rationis non intelligendo ipsam relationem; verbi gratia, intelligimus scientiam in ordine ad aliud, nihil de ipso ordine cogitando. Vnde ipse ordo, siue relatio non significatur nomine scientiæ, vt sæpius inculcamus: sed res significata intelligitur cum illo ordine, quia intelligitur ad aliud, vel cum alio coniuncta, licet de ordine ipso non cogitemus. Et hoc est quod dicebamus relationem indicari modo ipso significandi, siue intelligendi, sed non esse formam significatam per nomen. Relationes ergo hæc pertinent ad definitiones rerum absolutarum; quia definitio est opus intelligentis; & absoluta quædam sine relationibus non intelliguntur; sed non sunt intimæ rebus ipsis definitis, vt constat. Et ita interpretati probabilissimè sumus, quod S. Thom. ait; quasdam res absolutas sine relationibus non posse explicari, propter habitudinem, quam habent ad alias; scilicet, quia ipsa habitudo, siue relatio pertinet ad modum intelligendi, vt declarauimus, siue illa relatio sit realis, siue rationis. At verò in illis verbis S. Thomæ, quæ recitantur ex 1. p. nihil minus agit S. Thom. quam vt grauitatem, siue propensionem appeller

Ad 2. ex S. Tho.

9. Explicat eius documentum, quod res quædam absolute non possint intelligi, aut definiiri sine relatione. Intellectus noster suapte natura intelligit diuersa coniunctim, assimilando, & referendo illa, sæpe non cogitans de similitudine, aut relatione.

Talis relatio pertinet ad definitionem rei absolutæ, quia definitio est opus intelligentis.

Ad confirm. S. Tho. locus explicatur.

pellet relationē realem : sed ait quāsdā relationes inesse naturæ rerum, scilicet, propter fundamenta realia, quod maxime ostendit illis exemplis. Et eas relationes quas vocat reales, ponit ibidē in genere, quia scilicet sunt prædicamētales: solæ ergo prædicamētales relationes ex sententiā S. Doctoris sunt reales, quod colligitur ex varijs locis eius doctrinæ.

Quod verò quidā adijciunt has relationes transcendentē esse effectus ad causam, & nō causæ ad effectū; valde futile est, & improbable: nā & causæ quædam sunt ad suos effectus intrinsecē ordinatæ, vt potentia ad actus; ordo autē intrinsecus rei absolutæ, est relatio transcēdēs apud illos, si qua talis dicēda est.

Quod etiam hæ relationes si reales sint, coincidunt cum prædicamētalibus; postea ostendemus.

Dicimus igitur secundo loco, nullas esse relationes transcendentales; cum enim non sint res ipsæ absolutæ, vt ostēdimus; neque sint prædicamētales, quæ sunt in vno genere; transcēdētia enim sunt in omni genere; superest vt sint relationes rationis. Sed neque relationes rationis sunt. Transcēdētia enim sunt vera entia, relationes autē rationis sunt in mentis sola cogitatione: ergo relationes transcendentē nō sunt relationes rationis. Quare falsū est, quod vulgo scholarū teritur, scientiā indicare relationē transcendentē ad scibile; nisi fortē appellent relationē transcendentē illam, quæ est cōmunis reali relationi, & rationis: scientia enim aliquando relatione reali; aliquando verò sola relatione rationis refertur ad scibile, vt potē si illud scibile sit ens rationis.

Poterit tamē & alia opinio prior, nō improbabilitē defendi, si dicamus modū, siue differentiā rei absolutæ, quia nō potest explicari sine relatione, vocari relationem: & ita relatio transcendentis erit modus, siue differentia rei absolutæ cum relatione explicabilis; ita vt relatio transcendentis addat ad rem absolutam, esse explicabile cum relatione; sicut perfectio addit ad actum, esse vltimum, & conueniens, vt hoc in libro docebimus. Et licet non perspiciamus rationem aptam, quare hic modus, siue differentia rei absolutæ, eō quod explicatur cum relatione, appellatur relatio

A transcendentis: demus hoc tamen communi multorum sententiæ, ea lege, vt nō vera relatio existimetur, sed solo nomine relatio.

Aliorum igitur opinio est, relata transcendentia esse ipsa relata secundū dici. Quibus ego libētissimē cōsentio, quod ad hoc, quod omnia relata transcendentia sunt secundū dici; aut saltē ad relata secundū dici, reuocanda. Et hoc probatur euidenter, quia relata hæc transcendentia, sunt solo nomine relata; vel potius ipsa nomina sunt relata, & nō significatur relationes, vt diximus de relatis secundum dici. Et propter hoc, quod non possunt intelligi sine relatione; fit vt nō possint significari sine illa: quare necesse est, vt cum relatione dicantur ad aliud, quod est relatorū secundū dici. Sed aliquando accidit, vt hæc transcendentia relata referantur ad aliud, quod nō refertur ad ipsa, ita vt sint relata secundum dici non mutua, v.g. accidēs refertur ad substantiā, sed substantia nō refertur ad accidens. Et ita secundū dici accidens est substantiæ accidens, sed substantia ad accidens nō dicitur: & limitas est nasi curuitas, nasus autē ad limitatē non dicitur relatiuē. Et idcirco dicimus relata transcendentia, aut esse relata secundū dici, aut saltē ad illa reuocari; quia relata secundū dici apud Aristot. sunt mutua, scilicet, vt vtraque ad se se dicantur. Sed nō omnia relata secundum dici sunt relata transcendentia; nam in relationibus rationis sunt relata secundū dici, vt antea notauimus: v.g. vniuersalitas est vniuersalis vniuersalitas: & hæc propriè non sunt relata transcendentia, quia non sunt entia. Adde quod in relatis secundū dici nō ponimus relationes secundū dici, sed relationes secundū esse, siue reales, siue rationis, vt docuimus: quæ tamen non significantur ipsis nominibus; & ita res significatæ sunt absolutæ, & solis nominibus relatæ, quod est, relatæ secundum dici. At verò in relatis transcendentibus præcipuè ostenderentur ipsæ relationes transcendentē, quæ nullæ sunt. Quare contenti deberemus esse relatis secundum dici traditis à Philosopho, & relata transcendentia finire vt memoriā excidant, quæ falsas ingignunt opiniones, & à relatis secundum dici non differunt; ita saltē, vt nequeant ad eadem reuocari.

B

C

D

Etiam sic non est relatio vera, sed solo nomine. Relata transcendentia partim sunt ipsa relata secundum dici, partim ad illa reuocantur. Probatur euidenter.

Reuocatur nō mutua.

Omnia relata secundum dici apud Aristot. sunt mutua. Nō omnia relata secundum dici sunt propriè relata transcendentia, v.g. vniuersalitas ad vniuersale.

In relatis secundum dici non ponuntur relationes secundū dici, sed relationes secundum esse, quæ ipsis nominibus formaliter nō significantur. Sectis transcendentibus, si darentur.

Ex S. Th. 1b. Solæ relationes prædicamētales sunt reales.

10. Additamentū quorundā supra allatū improbabile ostēditur.

11. Relationes transcendentē nullæ sunt. Non prædicamētales, Probatur. Non rationis, Probatur.

Potest appellari transcendentē relatio illa cōmunis ad reale, & rationis.

12. Relatio transcendentis non improbabilitē defendi potest, si ad differentiam rei absolutæ solū addat esse explicabile cum relatione. Declaratur exemplo perfectionis.

14.  
3. Divisio relationū est. Seco. in quādam extrinsecū adueniētes, quādam intrinsecū. Relationes extrinsecū adueniētes sic esse sex genera vltima.

Eum cōvincit *Herueus. Soncin. Sot.*

Fundamentū.

Difficultas de actione, & passione, seu potius de relationibus ad agēs, & ad passū, quibus distinguuntur. *S. Tho. Probatur esse relationes reales, & transcendentales.*

18.  
Respondet cōmunis opinio distinguere in re ipsa modis intrinsecis additis motui, non verò relationibus.

Ioan. Scot. in 3. d. 1. q. 1. & in 4. d. 13. q. 1. & d. 6. q. 10. distinctionem aliam facit relationum, quòd quādam extrinsecū adueniāt, quēdam intrinsecū. Has posteriores dicit esse prædicamentales, quæ adueniunt per fundamentum, & terminum, quasi ex intima causa. At verò credit esse alias relationes, quæ posito fundamēto non necessariò oriūtur; quas relationes existimat esse vltima genera: nam posito igne, & ligno admoto, si non calefiat, prohibēte alia causa, ponitur fundamentum relationis, quod est ignis, & lignum cum potentia actiua, & passiva, vt ignis agat, & vt lignum patiat; & tamen non sequitur actio, & passio. Credit enim Scotus actionem non esse mediam inter ignem, & lignum, verbi gratia, cum calefit: sed esse relationes, actionem quidē in igne, passionem in ligno; & has appellat extrinsecū adueniētes. Sed missis alijs, quæ hic Scotus falsa inuoluit, illud argumentum satis est ad cōvincendum illum, quod proponit Heru. quodlib. 7. q. 14. Paul. Soncin. 5. Metaphysic. q. 39. Dominicus Soto cap. ad aliquid, & 5. Physic. q. 2. Nam si hæc relationes sunt reales, vndeunque oriantur sunt in prædicamento relationis; falsò igitur excluduntur à genere illo: neque verò sex genera rerum possunt esse reales relationes; quia non distiguerentur à genere ipso relationis.

Nihilominus in hoc exemplo actionis, & passionis, nonnulla est difficultas; nam actio, & passio sunt veræ res, & non distinguuntur nisi relatione, quod ex S. Thoma colligitur, qui sæpius docet nihil esse in actione nisi motum, & relationem ad agens: ergò hæc ipsa relatio, qua actio distinguitur à passione est realis; aliàs non distingueret vera entia: & non est relatio prædicamentalis; quia actio est res absoluta, quæ non significat relationem prædicamentalem: ergò necessariò dicendum est esse relationem realem transcendentalem, quod antea improbauimus.

Ad hoc argumentum facilè respondetur, si sequamur communem opinionem, scilicet actionem addere ad motū modum quendam realem; & ita actio, & passio nō distinguuntur relationibus, sed per modos intrinsecos reales: neque S. Tho. fortè negauit modum istum ad-

ditum, quod est fundamentum relationis; & est ipse motus alio modo se habens, vt actio, & vt passio.

Sed certè contraria sententia magis placet, scilicet quòd actio, & passio nullo modo distinguantur in re ipsa: nā motus quid est nisi modus rei? est enim calefactio ipse calor dum acquiritur modo quodā se habens, ab imperfecto ad perfectū progressus: at verò addere modo huic reali alios modos reales, superuacaneū est, & parū Philosophicū; neq; hoc etiā cōmodè poterit explicari, scilicet, quòd motus alio modo se habeat vt est actio, alio vt est passio. Præterea dictū

**B** S. Tho. vrget, planè asserentis nihil esse in actione nisi relationē, & motum. Dicendum igitur est actionē, & passionē, & motū, nulla reali distinctione secerni; sed sola ratione formali, quatenus eadē res diuersis modis intelligitur: sicut enim actus, & perfectio (quo exemplo sæpius vtimur) est res eadem diuerso cognita modo, vt hoc lib. explanabimus; ita motus, actio, & passio est res eadē; & motus quidē ferè idem, quod passio, etiā modo intelligendi, vt scitè disputatum inueni in nouis scriptis ad Metaphysicam; actio verò, & passio modo quidem intelligēdi distincta sunt, sed re ipsa nullatenus. Quare illud etiam approbandū est, quod noua opinione circūfertur, scilicet quædā esse accidentia physica, quæ simul logica sunt; quædam verò solum logica: vel potius dicendum quædā accidentia physice distingui, hoc est, re ipsa; quædam verò duntaxat logicè: quia actio est verū accidēs physicū, & passio similiter; sed non sunt physice distincta; sed logicè quidē distincta sūt, hoc est, in logica cōsideratione, cū sint genera duo.

**C** At verò iuxta hanc opinionem, minime dicendū est actionē, & passionē distinguere per relationes transcendentales: nā si relatio transcendens est de intima ratione rei absolutæ, vt illi volunt; ergo actio est de ratione formali motus; quod est falsum, vt liquet: vel aliquid absolutū addit actio, in quo includatur relatio actionis intrinsecè: quod absolutū additū illi negant, & nos. Dicendū igitur est actionem, & passionem non distinguere penes rem significatam, vt sint res distinctæ, aut relationes distinctæ; sed penes hoc, quod res eadē diuersis modis intelligitur; & significatur, vt intelligitur. Nā vt motus

17.  
Veræ sententiæ  
1. Assertio.  
Actio, & passio nullo modo distinguuntur in re ipsa.  
Probatur 1. ratione.

Probatur 2. ex S. Thom.  
2. Assertio.  
Distinguuntur rationibus formalibus.

Exemplū actus & perfectionis.

Motus est ferè idē quod passio, etiam modo intelligēdi.

Soar. in Metaph.

Actio, & passio sunt accidentia logica, seu potius physice distincta, hoc est, in logica cōsideratione, cum sint genera duo.

18.  
In hac sententiā, actio non est relatio transcendens, alioquin esset de intima, & formalis ratione motus, vel alterius absoluti per actionem additi.

vt motus cōparatur cū agente, vocatur actio, & intelligitur cum relatione ad agens; non quòd intelligatur ipsa relatio, vt notauimus; sed intelligitur motus cum relatione, prout est motus ab agente, vt explicatum est; & vt est passio idemmet motus intelligitur modo alio intelligendi, scilicet, cum relatione ad passum, ita tamen, vt relatio non intelligatur: intelligere enim cum relatione est intelligere referendo in actu exercito, ita vt intellectus ipse referat; sed non intelligit se referre; & ita non intelligit relationem. Et hac ratione explicandi per placet opinio, quòd actio, & passio nullo modo distinguatur re ipsa.

Intelligere motu, v. c. cum relatione, est intelligere referendo in actu exercito.

19.

Colligimus igitur hactenus duo relatorum genera, scilicet, secundum dici, & secundum esse. Nam relationes transcendentes, & extrinsecus aduenientes reiecitimus.

PARS POSTERIOR.

*Sunt in natura rerum relationes reales.*

**P**Arte priori diuisimus relata in genere, in ea quæ sunt secundum dici, & secundum esse; & non diuisimus ea in relata realia, & rationis; quia hæc diuisio supponit esse relata realia, quòd est prius hoc loco differendum.

2. *Auerr. Auicenna. Relationes reales creatas negat Aureol. apud Capr.*

Opinio fuit Priscorum commemorata ab Auerro 2. Met. Comment. 19. & Auicenna lib. 3. suæ Metaph. c. 10. relationes rerum non esse res, sed sola cogitatione res naturales inter se referri; quæ soli Peripateticorum placuit Aureolo apud Ioann. Capreolum d. 30. q. 1. Confitetur tamen ille, vt decet virum Catholicum, diuinas relationes, quæ sunt diuinæ personæ, esse reales, & res veras.

3. *Contraria sententia vera est. Plato. Arist. Auerr. Auicenna.*

Contraria sententia, quòd in rerum natura sint relationes reales, omnium tum Philosophorum, tum Doctorum consensione firmata est. Ita Plato iudicauit, & tradidit Arist. 12. Metaph. Quem sequuti sunt Auerroes, & Auicenna; cæterique interpretes, & Græci, & Latini.

4. *Quædam sunt re ipsa relata à relationibus rationis.*

Verum hæc veritas tam scilicet, cui nullus est qui refragetur, nulla efficaci ratione conuincitur, quæ à principijs Philosophiæ petenda sit: neque enim satis probatur, ex eò quòd aliqua relata ante omnem operationem intellectus sint talia, vt quòd sint re ipsa similia, aut

**A** æqualia; nam diuinæ personæ sunt re ipsa similes, & æquales, vt dicemus in hoc libro, & tamen similitudo inter illas non est realis relatio. Non est ergo firmum argumentum, quòd re ipsa quædam relata inueniamus, vt relationem inter illa probemus esse realem: nam & nummus est re ipsa relatum ad pretium id, cuius habet valorem; ea tamen relatio realis non est.

Sic diuinæ personæ sunt re ipsa similes, & æquales.

Sic nummus est re ipsa relatum ad pretium.

5. *Aduertendum*

**B**Aduertendum igitur, quòd nomen hoc relatio, videtur significare rationis operationem; sunt enim relata, quæ cum alijs conferimus, & comparamus, & ita ad alia referimus. Ideoq; nonnulli Doctores, nominis ratione decepti, crediderunt relationes in mente perfici, & compleri. Sed licet sit ista ratio impositionis, siue institutionis nominis, hoc tamen nomen non significat eam solam relationem, siue collationem mentis; sed ipsam etiam rem, scilicet relationem, quam cōferimus cogitatione, & aduersione mentis. Et esse huiusmodi relationes in rebus, volumus hoc cap. cōmonstrare.

Relationis nomen non significat solam relationem mentis, sed etiam realem.

**C**Vocatur autem relatio, respectus, habitudo, & ordo. Relatio dicitur, quia cū sit ad aliud, non potest mente cōprehendi quasi terminus cogitationis vltimus, sed statim refertur in aliud, vt quiescat cognitio: respectus dicitur metaphoricè, quòd quasi respiciat aliud: habitudo dicitur, quia non explicatur absolutè, sed per modum, quo se res habet ad aliud: ordo verò dicitur æquiuocè; nam ordo propriè coniunctus est cum prioritate, & principio, vt lib. 2. docuimus; sed ipsa relatio dicitur ordo; quia in cognitione relatorum est quidam ordo, quia vnum cognoscitur, quasi via ad alterum; ideoq; alterum vocatur terminus, etiam si simul cognoscatur. Et ideo S. Thom. relationem vocat ordinem q. 7. de pot. art. 9. & alijs in locis. Et 5. Met. penes diuersos ordines rerum relationes distribuit, hoc est penes gradus, & modos entis. At verò 1. p. q. 28. art. 4. non considerat ordinem in omnibus relatis, sed in ijs duntaxat, in quibus est actio, & passio, & ordo realis principij: hoc enim satis erat ad probandum diuinas relationes esse reales, quia fundatur in origine, quasi in actione, & passione. Ergo propter diuersas causas nomina diuersa sunt instituta vsu tamen, cōsuetudineq; trita sunt, vt

6. *Vocatur relatio à cognitione referente ad aliud.*

Respectus metaphoricè.

Habitudo à modo ad aliud.

Ordo æquiuocè.

Ordo propriè coniunctus est cū prioritate, & principio.

S. Thom.

Idem.

æquè hæc nomina significant relationē, siue realem, siue rationis.

Quòd ergo relationes sint res existētes in creatura, probatur ex eo maxime, quòd albedo, verbi gratia, & similitudo definitione differunt; potest enim album esse, quòd non sit simile; neque idem est album esse, & simile esse: vtrumque autem videtur à natura expetitur esse, vt res scilicet sint albæ, & vt sint similes in albedine; ergo & ipsa similitudo res aliqua est a naturâ expetita.

Et vt magis perspicua fiat argumenti efficacia, in singulis generibus relatorum; aduertendum est, quòd natura nihil expetit, quòd non sit res aliqua; id enim efficit quòd expetit; effici autem non potest quòd nihil est: est ergo res aliqua, quæ efficitur, & expetitur à natura. Est autem natura determinata ad vnum, vt supra diximus; quòd intelligitur de natura particulari, non de natura vniuersali, quæ est Deus ipse autor naturæ. Nam ratio est ad multa; & ars, quæ sequitur rationem, est ad multa, vt diximus: Deus ergo, qui ratione, & arte operatur, non vult solùm determinatè vnum, sed simul multa: quare non vult solùm hoc album, & illud album, sed simul vtrumq; in ea vnitare, & gradu albedinis, quæ est conditio vltima fundandi relationem. Cum ergo fundamentum vltimum, & perfectum relationis, sit res volita in duobus; relatio consequens oportet vt sit quoque res volita. Quòd si relatio est res volita ab agente Deo, est profectò res vera, & creata, hoc est extra causam existens, & non est nihil, sed extra nihil. Et eodem modo probatur de alijs relationibus, quæ fundantur in numero, quæ sunt primi generis. Et quamuis Deus sit, qui plura simul vult in operatione naturali; tamen agens creatum, vt instrumentum Dei, etiam hoc expetit, dum facit vnum album alio præexistente, scilicet, vt sint plura alba; expetit ergo, vt sint similia. Et ita similitudo est etiam ab agente naturali; artifex verò non solùm vt instrumentum Dei, sed per se intendit plura, & similia, vt architectus æqualitatem in fenestris, &c.

Similiter quoad secundum genus re-

latorum, Deus destinavit agentia, vt operarentur in alijs. Itaque fundamentum relationis, quòd est forma agentis, cum ipsa conditione fundandi, quæ est actio, est res volita à Deo agente: ergo relatio consequens est etiam volita.

Ad eundem modum in tertio genere relatorum, dirigit Deus scientiam in obiectum; & artifex dirigit imaginem ad exemplar; vnde consequitur relatio conformitatis ad exemplar: ergo relationes, quæ consequuntur hoc intentum agentis, sunt res veræ existentes, ab ipso agente emanantes, vt capite sequenti explicabimus. Sunt ergo istæ omnes relationes, quibus genus totum distribuitur, verè res ab authore naturæ, causisque subiectis expetite.

At verò à diuinis relationibus luculentius argumentum petunt Theologi. Est enim fide indubia confitendum, Paternitatem, & Filiationem in Deo esse res veras; ergo & in rebus creatis res veræ sunt filiatio, & paternitas. Cui confessioni non est consonum negare in creaturis reales relationes: nam et si respondeas diuinas relationes esse res, quia sunt hypostases: quid prohibet esse accidentia veras relationes; sicut & sapientia, quæ est in Deo substantia, nobis est accidens? At verò relationes diuinas non esse transcendentis comprobauimus, dum transcendentis istas relationes nullas esse disputaremus; & postea de diuinis relationibus hoc clariùs monstrabimus. Quare inter Catholicos constans, certissimumque est relationes in rebus creatis reales inueniri.

Præscribenda igitur ea sunt, quæ in relatione reali necessariò reperuntur, Et illud primum est, quòd relata simul existant: ea enim est relatorum natura, vt vnum solum relatum neque cogitatione fingi possit; nam dum ad aliud relatum est, aliud est ad quòd istud refertur. Relatiua autem tertij generis, etsi non referuntur ad relatum, sed ad absolutum, vt credunt aliqui; tamen necesse est in rerum natura illud sit, ad quòd referuntur; quare scientia non refertur relatione conformabilis ad rem, quæ nõ extat, sed duntaxat ad rem existentē. Est itaq; scientia conformata rei existenti, secundū id, quòd est absolutū

genere intenditur fundamentum, & conditio fundandi, ac proinde relatio consequens.

10, Similiter in 3, genere.

11, 2. Fundamentū Theologicum à relationibus diuinis.

Responso.

Impugnatur.

Certū est inter Catholicos dari relationes reales creatas.

12, Conditiones necessariae ad relationē realem.

1. Vt sit inter simul existentia, etiā quando alterum est absolutum.

in re;

7. Fundament. philosophicū. Album esse, & simile esse sūt diuersa, & vtrumq; natura expetitur, & consequenter efficitur.

8. Natura particularis est determinata ad vnum.

Natura vniuersalis, scilicet, Deus ratione, & arte operas vult simul multa, v. c. vtrūq; albū in ea vnitare, & gradu albedinis, ac proinde vult relationē consequentem.

Etiā agēs creatum vt instrumentum Dei expetit, & efficit vt sint plura alba, & similia, seu quanta, & æqualia.

Artifex verò per se hæc intendit.

9. Similiter in 2.

in re; sed relatione reali non refertur ad A  
 nō existēs: ea enim inter quæ est relatio  
 realis, oportet ut existant. Et probatur  
 manifestè, quia relationem realem non  
 nouimus, nisi quatenus res vna ad aliam  
 ordinatur, siue dirigitur ab auctore na-  
 turæ, ut postea elucidabimus. Ad id au-  
 tem quòd non existit, non ordinantur  
 existentia: ergo nullum est relatū, quod  
 relatione reali referatur ad nō existen-  
 tia, sicut neque illa ad aliquid in re ipsa  
 ordinantur. Et in hac opinione omnes  
 penè Philosophi concordant. Quod ve-  
 rò obijciunt ex Aristot. referente fac-  
 tium ad factibile, erit suo loco facili B  
 negotio explicandū. Et hæc sententia,  
 quòd relatio realis ad aliquid existens  
 respiciat, ita ut terminus relationis sit  
 res existens, docetur à S. Thoma 1. p.  
 q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. ad 2. & lib.  
 2. contra gent. cap. 12. & 19. q. 3. de po-  
 tent. art. 3. ad 5. Et idem sentit Aui-  
 cenn. libr. 3. Metaphysic. cap. ult. se-  
 quitur eandem sententiam Ioan. Scot.  
 cum alijs d. 31. Legitur Ioan. Capreol.  
 in 1. d. 7. q. 2. & d. 13. Thom. Caiet. Et  
 Francisc. Ferrar. in Commentarijs, &  
 Paul. Soncin. 5. Metaphysic. q. 27. Ali-  
 qui arbitrantur solū inter substantias C  
 distinctas intercedere relationem rea-  
 lem. Sed S. Thom. q. 28. art. 1. ad 4.  
 contrarium sentit; & inter accidentia,  
 putā inter intellectum, & verbum, po-  
 nit realem relationem. Quare non est  
 inter conditiones relationis realis ista  
 numeranda, ut sit inter substantias;  
 cum etiam inter accidentia inueniatur  
 relatio.

13. Secundum præscriptum est, ut fun-  
 damentum sit reale; relatio enim, quæ  
 sit ens, non potest fundari in non ente;  
 imò relatio habet esse à fundamento.  
 Non est tamen necesse, quòd conditio  
 fundandi sit res; vnitas enim duorum  
 alborum non est res, sed est vnitas ra-  
 tionis, ut postea dicemus. Sed tamen  
 est necesse, quòd sit in ipsa re conditio  
 fundandi; conditio enim est, sine qua  
 non est fundamentum; cum igitur fun-  
 damentum sit reale, opus est conditio-  
 nem fundamenti esse in re ipsa; non  
 quòd vnitas rationis sit in re; sed sunt  
 duæ albedines in re ipsa existentes, ver-  
 bi gratia, in gradu Beatitudinis, quem  
 dicimus gradum, ut octo, & hoc voca-  
 mus vnitatem gradus. Et ita de alijs

dicendum. Quare omnes relationes  
 quas fundat sola animi aduersio, etiam  
 ut conditio fundandi, reales non sunt,  
 sed rationis: fundamentum enim est  
 realis causa relationis; conditio ergo  
 fundandi est realis, utpote conditio  
 causæ realis. Secus est iudicandum de  
 diuinis relationibus, quæ etiam nostro  
 modo intelligendi fundamenta habent;  
 sed non quæ sint ipsarum causæ, ut do-  
 cebimus.

Tertium præscriptum est, ut funda-  
 menta distinguantur re ipsa, sicut & sub-  
 iecta relationum, quæ dicuntur extre-  
 ma. Oportet ergo ut extrema, & fun-  
 damenta distinguantur reali distinctio-  
 ne absolutè, ac simpliciter: relata e-  
 nim ita sunt opposita, ut inesse eidem  
 sit impossibile, scilicet, ut Pater sit Pa-  
 ter sui, &c. Quare partes totius poten-  
 tialis, quæ sunt partes continui, non re-  
 ferantur relatione reali: quia cum non  
 sint entia actu, neque actu distincta di-  
 stinctione reali absoluta, quæ est inter  
 entia actu distincta; non referuntur in-  
 ter se relatione reali, ut meliorum do-  
 ctorum fert opinio. Quòd autem non  
 solū subiecta, sed fundamenta etiam  
 relationum oporteat esse distincta, in-  
 ferrius disputandum nobis est. Quæ e-  
 tiam documenta eruit Doctor Sanctus  
 in 1. d. 20. q. 2. art. 1. ex doctrina Ari-  
 stot. 5. Met. tex. 20.

Quartam conditionem adiecit S.  
 Thomas 1. p. q. 13. art. 7. probè, ac do-  
 ctè, quæ maximè declarat relationē esse  
 realem, scilicet ut sint eiusdem ordinis  
 relata: ideo enim Deus non refertur  
 relatione reali ad creaturam, cum in  
 ipso sit potentia, & actio, quæ in no-  
 bis sunt relationis fundamenta; quia  
 Deus non est in ordine creaturarum,  
 sed est principium ordinis earum. Ex  
 quo documento videmur indagari re-  
 lationes omnes reales diuinæ, & crea-  
 tas: ordo enim propriè pertinet ad prin-  
 cipium, vnde aliquid emanat, ut lib.  
 2. docuimus; est autem ordo vnus ad  
 alterum, sicut & relatio ad alterum est.  
 Cum igitur in Deo sit verus ordo  
 originis vnus ab alio; relatio realis  
 est in Deo: at verò in rebus creatis,  
 quia in agente, & passio est duplex ordo;  
 quatenus agēs est a quo est aliud, & pas-  
 sum est quod est ab alio; est in utroq; tã  
 in agente, quã in passio realis relatio. Sed

Conditio fun-  
 dandi est con-  
 ditio causæ rea-  
 lis in creatis.

14.  
 3. Conditio, ut  
 fundamēta, &  
 extrema distin-  
 guantur distin-  
 ctione reali ab-  
 solutè, & sim-  
 pliciter.  
 Probatur.

Partes totius  
 potentialis, id  
 est continui,  
 non sunt entia  
 actu, neq; actu  
 distincta.

S. Thom.  
 Aristot.

15.  
 S. Thoma  
 4. Conditio, ut  
 sint eiusdē or-  
 dinis relata,

Deus non est  
 in ordine crea-  
 turarū, sed est  
 principium, &  
 causa ordinis  
 earum.

In Deo est ad  
 intra verus or-  
 do originis v-  
 nus ab alio,  
 proindeque re-  
 latio realis.

Probatur ma-  
 nifestè.

Ad id quod nō  
 existit nō or-  
 dinantur exi-  
 stentia.

Aristot.

S. Thom.

Auicenn.

Scot.

Capreol.

Caiet.

Ferrar.

Soncin.

Nō requiritur  
 ut sit inter sub-  
 stantias.

S. Thom.

13.  
 2. conditio, ut  
 fundamentum  
 sit reale.

Probatur.

Nō requiritur  
 ut conditio fun-  
 dandi sit res.

Requiritur ut  
 sit in re.  
 Probatur.



Non est ordo naturæ, sed rationis tantum in processione extra Deum.

Non est ordo naturæ, sed rationis tantum in processione extra Deum.

Non est ordo naturæ, sed rationis tantum in processione extra Deum.

**S. Thom.**  
Genus cognoscibile ut sensus, intellectus, &c. ordinatur ad naturam non contra. Declaratur.

Occurritur tamen obiectioni

Vniuersim ubi est ordo naturæ, est relatio realis.

Ordo naturæ non est ipsum relationis fundamentum, quod absolutum est.

Idem.

quia Deus est creaturarum principium extra ordinem illarum, ita ut non sit ordo naturæ in processione extra Deum, quæ Deus operatur extra se, sed duntaxat ordo rationis: ideo relatio creatoris in Deo non est realis. Quia verò quantitates plures, & qualitates plures sunt eiusdem ordinis, ordinantur, etiam ut plures sunt, ad aliud; & ita à Deo ordinantur inter se, ut ex eis resultet similitudo, vel æqualitas, &c. Quæ propterea sunt relationes reales, quia sequuntur ordinem naturæ, ita ut sint volitæ, ac à Deo expetitæ, ut antea arguebamus. Scientia quoque ordinatur ad scibile, & ideo relatio consequitur ordinem hunc naturæ. Est ergo relatio volita ab agente. Et eadem de causa S. Thom. loco commemorato ait scientiam referri ad scibile relatione reali; quia scientia ordinatur ad illud: scibile verò non referri relatione reali, quia res, quæ est scibilis ex natura sua est alterius ordinis. Aliud est enim genus naturæ, & aliud genus intelligibilis; natura non ordinatur ad intelligibile, sed intelligibile ad naturam: non enim datæ sunt qualitates sensibiles, ut sentiantur; sed dati sunt sensus, ut qualitates rerum percipiant; neque res sunt, ut intelligantur, sed intellectus est ad res intelligendas. Per hoc autem quod intellectus ordinatur ad res materiales intelligendas, non deturitur eius nobilitas; quia ordinatur ad illas, prout sunt in intellectu modo perfecto, & nobili. Ergo vniuersim ubi est ordo naturæ, est relatio realis; dummodo caueamus, ne omnem relationem in ordine fundari existimemus: nam ex ordine naturæ colligimus relationem esse expetitam quodammodo ab agente; sed non asserimus relationem esse fundamentam in ordine; ordo quippè naturæ inuenitur coniunctus cum fundamento reali relationis, sed non est ipsum fundamentum. Itaque omnia relata, vel habent inter se ordinem naturæ, vel ordinata sunt naturam ipsam ad aliud; sed relatio non fundatur in ordine, sed potius in actione, aut vnitatem, aut mensuram, vel potius in ipsis rebus absolutis, scilicet, substantiis, quantitate, qualitate, ut dicemus. Et idcirco S. Tho. q. 7. de pot. art. 1. non dixit relationem quacumque fundari in ordine, sed esse cum ordine aliquo copulatam.

**A** S. Thom. 1. p. q. 42. art. 1. ad 4. ait relationem realem non fundari in alia relatione, quod confirmat Auicem. 3. Metaphysic. cap. 10 nullum relatum referri alia relatione affirmans; quia nunquam consisteret relationum consequentia, si relationem realem consequeretur relatio realis, & vna relatio referretur per aliam: huic enim succederet relatio alia, & alij alia. Et præterea, quia relatio realis, quæ est ad aliud, in aliquo, quod sit ad se, oportet ut fundetur; à quo absoluto fundamento habet esse, ut à causa. Cum ergo ponimus relationis realis fundamenta, absoluta ponenda sunt; sed de his etiam postea dicendum. Ioann. Scot. in 1. d. 31. q. 1. his adiicit, quod relata realia debeant referri ex natura rei; & quidem verum ait, sed nihil ait, quod nobis rem declarat; perinde enim est, quod relatio sit realis, & quod sit ex natura rei. Ad hoc ergo, ut relatio sit ex natura rei, quid sit necessarium inuestigamus: Scotus verò idem per idem declarat.

**B** Deniq; ad has condiciones sunt qui aliam apponant, scilicet, quod relatio realis sit semper realis: quare (inquit) similitudo fundata in substantia, verbi gratia, similitudo inter duos homines, non est realis; quoniam cum inter homines non existentes inueniatur essentialis similitudo, quæ non est realis, utpote non existentium; etiam inter existentes non potest esse realis: alias eademmet relatio esset modò realis, modò rationis, quod est impossibile. Itaque relationem identitatis, quæ fundatur in substantia, aiunt non esse realem: quæ fuit olim opinio Durandi d. 31. q. 2. n. 4. Hoc additamentum planè est alienum à ratione; nam etsi verum sit, quod relatio realis non potest comitari, aut traduci in relationem rationis: potest tamen esse relatio inter non existentes rationis, & inter existentes reales, scilicet non eadem relatio, sed alia distincta: nihil enim magis est cum cogitatione nostra coniunctum, quam relatio rationis. Hoc verò apertum est, & euidens: nam etiam duo alba non existentia sunt similia; erit ergo relatio inter alba, rationis, non realis; & sic de alijs. Inconsentaneum autem est credere, quod similitudo, quæ fundatur in albedine existente sit realis, quæ verò fundatur in tota natura existente,

16.  
*Ex eodem.*  
Relatio realis non fundatur in alia relatione.

*Auicem.*  
Probatur 1.

Probatur 2.

Alia conditio  
*Scoti.*

Idem per idem declarat.

17.  
Alia conditio  
*P. Fonseca,*  
ut relatio realis sit semper realis.  
Explicatur ut ex defectu illius non sit realis relatio identitatis in substantijs.

*Durand.*  
Reijcitur hæc conditio.

Ratio euidens in qualitatibus, & a fortiori in substantijs.

Alia est relatio  
rationis non  
existentium,  
alia verò rea-  
lis existentium.

S. Thom.

In non existi-  
tib' sunt etiã  
relationes rea-  
les possibles.

18.

Socin. ne-  
gans relatio-  
nes in substa-  
tijs, refragatur  
S. Thom.

19.

stente, quod est perfectius fundamentum, non sit realis. Paralogizari ergo argumento contingit, si per inconsiderantiam non advertamus aliam esse relationem rationis inter non existentia; aliam verò, non eandem relationem, non rationis, sed realem, dum existunt. Est autem utrumque assertum S. Thomæ; nam 1. p. q. 28. ar. 1. ad 2. ait relationem fundatam in duabus substantijs esse realem; relationem verò inter non existentes ait esse rationis relationem, quod iam explicatum est. Adijciendum tamen est, quòd inter res non existentes, possumus considerare similitudinem, etiam realem, non ut existentem, sed ut possibilem: sicut enim subiecta relationum cogitamus in potentia, ita & relationem realem in potentia, dum extrema, siue subiecta non existunt.

At verò Paulus Socinns 5. Metaph. q. 3. refragatur dictæ sententiæ S. Doctoris affirmans nullam relationem realem fundari proximè in substantia. Quare ad veriore doctrinam, quam fortè ignarus auctoris impugnat, redigendus est: necesse enim est, consentientem cū doctrina S. Thomæ admittere relationem in substantia fundatam, scilicet similitudinem inter duos homines, quæ fundatur in natura humana; & distinctio etiam inter plures substantias est realis relatio in substantijs fundata, & aliæ sunt huiusmodi relationes.

Ex his etiam liquet relationem esse genus quoddam accidentis, quod univocè dicitur de omni relatione reali. Quibus autem relationibus aliquid deest, de ijs quæ ad relationes reales necessaria esse diximus, relationes rationis sūt, & extra genus; cum non sint vera entia, Quamobrem ea opinio, quæ relationes rationis ponit in genere, est incredibilis; cum genera sint rerum: Sed ea, quæ ait relationem esse univocum ad utraque relationes reales, & rationis, minus est improbabilis; quam postea pertractabimus, de illo relativo, ad, qui est modus relationis intrinsecus, disputantes.

C A P V T II,

Argumenta refelluntur.

QVòd relationes in creaturis inuēte non sint reales, probatur primò;

A quia sunt propè innumeræ relationes in rebus singulis; immensum autem numerum rerum sine causa ponere, insipientis est.

Secundò: Nulla res est, quæ semper producat per accidens, nam & monstrum cum causa deficiente comparatū per se producit; sed relatio non producit per se, quia ad relationem non est per se motus, ut ait Arist. 5. Physicorum, text. 10: ergo relatio non est res aliqua.

Tertiò: In rebus creatis, quævis res etiam minima, ut existat, educitur extra causam efficientem, & emanat ab illa; sed ut similitudo, verbi gratia, existat in pariete, nulla inuenitur efficientia in eodem pariete, qua efficiatur similis; sed per hoc duntaxat quòd dealbatur alius paries, is, qui erat iam albus, fit similis illi; ergo similitudo nulla res est.

Quartò: Conditio fundandi perficit fundamentum: sed illa non est res; sed vel negatio, ut vnitas; vel actio, quæ non est in subiecto relato, scilicet in agente, vel etiam quæ transit, ut in Patre: ergo relatio consequens has conditiones non est realis.

Quintò: Distinctio, qua materia distinguitur à forma, est relatio realis, si qua est, quia ibi comperiuntur relatorum conditiones: sed relatio in materia non potest intelligi effecta; quia materia, cum sit pura potentia, non est capax efficientiæ, quæ est per actum: ergo hæc relatio extat absque omni efficientia; ergo res non est.

Ultimò, arguit Durand. in 1. d. 30. q. 3. contra id quod affirmat S. Tho. quòd relata debent esse eiusdem ordinis: nam esse ordinis diuersi, indicat quidem analogiam, cum non sit univocum in ijs quæ sunt ordinis diuersi; sed non immutat rationem formalem; sapientia enim creata, & increata coeunt in eadem ratione formali: ergo quòd causa prima sit alterius ordinis, non efficit, ut relatio causæ non sit realis.

Aduertenda.

ILLud est hoc cap. præcipuè differentidum, quoniam pacto relationes in rebus creatis producantur: si enim non producatur, ita ut extra causas edantur, & fiant; nihil sanè sunt. Primum autem

AAa 4 constat

2.  
Secundum.

Arist.

3.  
Tertium.

4.  
Quartum.

5.  
Quintum.

6.  
Sextum  
Durand.

7.  
Relatio nõ est  
proprie muta-  
tionis termi-  
nus.  
Probatur. 1.

1. argum.

Probatur. 1.

Res per esse ad aliud pertinens, non mutatur proprie.

Probatur 2. communi loquendi consuetudine.

Est aliqualis mutationis terminus.

Ad Arist. in 2. argum. adductum interpretatio.

8.

Relationis create causa realis duplex. Fundamentum quodammodo efficit relationem: sic forma affectiones inherentes, quantitas figuram, & situm.

S. Thom.

Capreol.

Sonein.

9.

Contra nonnullos, productio similitudinis in pariete iam albo, non tribuitur dealbanti alio parietem denuo.

Probatur. 1.

constat omnium sententia, relationes proprie non effici physica actione: ea quippe est, qua res mutatur à non esse ad esse; mutatur autem res proprie per id quod habet ad se ipsam pertinens: per id autem, quod habet ad aliud, si proprie loquendum sit, non mutatur. Quod probatur communi loquendi consuetudine, non enim dicimus mutari parietem, qui albus iam erat, dum alius paries dealbatur, licet efficiatur denuo similis; quia similitudo, cum sit duntaxat ad aliud, non immutat parietem. Est tamen aliqualis immutatio, quod ex non simili efficiatur similis reali similitudine, quia transit à non esse simile ad esse simile. Hoc itaque modo interpretandum est, quod Aristot. docet, ad relationem non esse per se motum; scilicet non esse ad relationem ullam physicam actionem, siue mutationem proprie dictam: ampla tamen significatione aliqualis mutatio realis pertinet ad relationem, cum extra causas depromitur.

Quod si inquiramus relationis create causam realem, ea duplex est; scilicet fundamentum, & agens physicum, quod efficit ipsum fundamentum: fundamentum ergo comparatur ad relationem, tanquam forma substantialis quam sequuntur affectiones inherentes, vel etiam ut quantitas quam sequitur figura, & situs, quodammodo in genere cause efficientis, ita ut sicut agens physicum media forma producit affectiones sequentes formam, & media quantitate efficit figuram: ita medio fundamento producat relationem realem. Quam doctrinam accepimus à S. Thom. q. 7. de potent. ar. 8. ad 5. & idem annuit in 3. d. 2. q. 2. ar. 2. quæstiuncula 3. & Ioan. Capreol. in eodem lib. 3. d. 5. q. 1. art. 3. & in 1. d. 30. q. 1. art. 1. & Paul. Sonein. lib. 5. Metaph. q. 25. art. 6.

Necesse est ergo difficultatem aliam expedire, quomodo producat similitudo in pariete iam albo absque vlla physica actione. Censent nonnulli hoc esse mirabile in relationibus, quod ad productionem vnus relationis, producat altera, ita ut qui denuo parietem dealbat, per se producat in pariete eodem similitudinem, & ad productionem istius producat similitudo in alio pariete: sed hoc est impossibile; ea enim efficientia, quæcunque illa sit, qua producit similitudo in pariete modo dealbato, non

A transit in alium parietem: efficacia enim agentis determinatur ad illud subiectum, in quo operatur; is autem qui parietem dealbat, nihil efficit in alio pariete, sed in isto solo, quem dealbat. Et confirmatur, quoniam relatio non efficitur, nisi per fundamentum; is autem qui dealbat hunc parietem, non attingit alium parietem sua actione; sed duntaxat in isto inducit fundamentum similitudinis, quod est albedo. Et præter hæc, consequens esset, quod prius naturam existeret vnum relatum, quam aliud; quoniam vnum produceretur per aliud, quod est contra naturam relatorum. Denique per actionem, quæ est in passo, produceretur relatio in agente, & quasi reflecteretur ad agens actio passi.

B

Dicendum igitur est vniuersim, quod illud agens, relationem producit, quod physica actione producit fundamentum relationis, in quo quasi in principio, & virtute continentur omnes relationes possibles, quæ possunt sequi fundamentum: sicut enim agens, quod generat graue, dat illi pondus, quod est quædam vis motrix, in quo continetur omnis motus deorsum, ut quoties remouetur graue à centro, iterum petat centrum; ita homo generans hominem, dum animam communicat corpori, dat illi virtutem fundandi omnem paternitatem, quæ potest sequi illud fundamentum; ita ut posita conditione fundandi, quæ est generatio, sequatur naturali consequentia paternitas. Est enim anima hominis naturam destinata ad generandum; quare ad relationes, quæ generationem consequuntur, determinata est; ita ut posita conditione operandi, necessariò producat suo modo relationem, sicut & grauitas motum. Et ita relatio in genere cause efficientis sequitur fundamentum, ut medium; efficitur verò ab eo agente à quo fundamentum efficitur; sicut motus grauis est à grauitate, quæ est in re graui ut medio: est autem ab agente quod graue generauit. Similiter ergo albedo in virtute continet omnem relationem possibilem; qui ergo infert nouam albedinem in hoc pariete, nihil omninò operatur in alio pariete iam albo: sed duntaxat ponit conditionem fundandi similitudinem, qua posita illa relatio, quæ erat in virtute albedinis præexistentis, prodit in actum.

D

Dealbans parietem denuo solū ponit conditionem fundandi similitudinem.

Confirmatur.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

10.

Tribuitur cause quæ physice producat albedinem priorem. Fundamentum est quasi vis actiua relationum possibilem, quæ ipsum sequipolunt.

Sic grauitas respectu omnium motuum deorsum.

Est

11.  
Verosimile  
est relationē  
produci sine  
actione media  
inter funda-  
mentum, & ip-  
sam.  
Probatur. 1.

2. declaratur.

Probatur. 2. ex  
Arist.

Auer.

12.  
Conditio fun-  
dandi potest  
esse negatio.  
Ostenditur.

Potest esse in  
vno solo rela-  
torum.  
Ostenditur.

13.  
Ad 1.  
Numerus est  
rerum imper-  
fectarum,

Ad 2.

S. Thom.

Est etiam verosimile relationem non produci per actionem mediam inter ipsam, & fundamentum; eò quòd actio est tendentis ab imperfecto ad perfectum; relatio autem non est forma perficiens absolutè, sed ad aliud. Et sicut in creatione intelligimus effectum sine actione media; quia non est ibi subiectum actionis; ita & relatio potest intelligi producta per fundamentum, vt per causam realem, sed non media actione. Cui rei concordat quod Arist. docet 5. Physic. tex. 13. & lib. 1. de celo, tex. 111. quædam incipere esse sine generatione, aut mutatione subiecti; quod Auerroes commetatur in relatione accidere. Potest itaq; negari relationem produci per actionem mediam: sed non est negandum relationem esse realem effectum, & nouum, additum rei præexistenti; siquidem est res creata, vt S. Thom. docet, & denuò existit.

Deindè aduertendū est, quòd in agentibus conditio operandi non est vis actiua; & ita potest esse negatio, vt quòd agens non sit maiori virtute ab actione cohibitum, quæ est realis negatio, & est conditio necessaria ad agendum. Similiter igitur vnitas est conditio fundandi, non vt est ens rationis, sed quatenus in illa vnitate sunt duo alba, aut duo homines, vt postea explicabimus: & potest conditio fundandi esse in vno solo relatorum, vt actio quæ est in passo; neque enim actio concurrat ad producendam relationem in agente, sed est conditio, sine qua non producitur illa relatio: sicut etiam in rebus creatis multitudo absolutorum est conditio necessaria ad reales relationes.

Responsio.

Ad primum respondetur, quòd numerus est rerum imperfectarum; quæ enim perfectiora sunt, contendunt in vnitatem: quare atomi sunt innumeræ, & arene: ita & relationes innumeræ; quas tamen non ponimus, nisi rationis ductu, & suasa.

Ad secundum respondetur, quòd relatio eo modo, quo producitur, per se producitur: nam per se sequitur fundamentum, vt docet S. Thom. 5. Metaph. quæ enim necessaria sunt, per se sunt; ergo non distinguuntur, sicut vnum, & ens;

A actione ergo physica non producuntur per se primò, sed per fundamenta: emanatione autem illa, qua sequuntur sua fundamenta, quæ non est propriè mutatio (siqua ibi est emanatio) per se primò producuntur: quemadmodum dicendū est de rebus alijs imperfectis, quæ per imperfectas actiones fiunt.

Ad tertium liquet respòsio ex dictis; docuimus enim relationem quidem effici ab eodem, à quo efficitur fundamentum, in quo est.

Ad quartum respondetur, quòd conditio non perficit fundamentum, quasi forma perficiens, sed eo modo, quo conditio agendi perficit agens, vt nihil illi desit ad agendum. Et in hoc sensu accipiendum est, quòd conditio, vel ratio fundandi, sit perfectio vltima, siue complementum fundamenti; quia est conditio, sine qua relatio non fundaretur.

Ad quintum negatur materiã, & formam esse relata vlla relatione reali, eò quòd non sunt entia actu distincta; quia non existunt per se separata, sed in toto.

Verum est quod S. Thom. 3. p. docet, relationem vnionis in Christo ex parte humanitatis esse realem: sed tamen humanitas est substantia, quæ est propriū subiectum accidentium; materia autem, & forma, non est subiectum illorum. Quòd si obijcias accidentia esse subiecta relationum, quare inter se ipsa esse relata, non repugnamus: hæc enim coniuncta sunt, & recurrunt, quòd sint subiecta relationū, & quòd sint relata. Et S. Thom. hoc ipsum concedit, vt antea meminimus, q. 28. ar. 1. ad 4. ponens relationem realem verbi ad intellectum. Accidentia tamen habent suas existencias, quibus actu sunt distincta; & ita possunt esse relata: materia autem, & forma sunt partes entis, non habentes existenciam propriam; & ita non concluditur esse relata reali relatione. Respòdetur igitur deesse in his relatis illam conditionem relationis realis, quòd scilicet relata sint distincta; intelligitur enim quòd sint entia actu distincta: materia autem, & forma non sunt entia, sed partes entis. Secundo respondetur materiam, & formam esse quoque relata, dummodò prius intelligantur existencia, quam relata: nam etsi materia, & forma per eandem existenciam suppositi existant, vt S. Thom. docet; tamē ab eadem existencia duplex relatio

D

Materialis & formæ non sunt entia saltè per se, & actu distincta, sed sunt partes entis.

Relationes emanatione (si qua ibi est) per se producuntur.

15.

Ad 3.

16.

Ad 4.  
Per conditionem agens vltimò perficitur, & completur, id est, nihil illi desit ad agendum.

17.

Ad 5.  
1. Respòs.

S. Thom.

Humanitas in Christo est substantia, p. indeque subiectum realis relationis vnionis.

Accidentia sūt relationū realium subiecta, & quod recurrit cum hoc, inter se relata.

S. Thom.

Habent suas existencias.

Materia & forma non sunt entia saltè per se, & actu distincta, sed sunt partes entis.

2 Respòs.

Per eandem existenciam suppositi in ipso existunt.

S. Thom.

Ab hac vna existentia plura accidentia pluribus inhe- rentijs pēdet.

Item vna rela- tio quodāmo- dō efficitur à materia, alia à forma, non nudis, sed iam actu existen- tibus.

18. Ad vltimū, S. Thom. ne- gans in Deo relationē rea- lem ad creatu- ram, non cō- parat causam increatam cū causa creata; sed cum effe- ctu creato: illa enim ad hūc nō ordinatur, sed e contra.

relatio potest pendere duplici inhären- tia; ita vt altera inhereat in materia, al- tera in forma: sicut ab eadem existentia suppositi plura accidentia pluribus in- hērentijs pendent. Ad argumentum er- go dicendum est nudam materiam non esse fundamentum, vnde oriatur relatio in genere causæ efficientis; sed materiā existentem esse fundamētum relationis; à cuius existentia pendeat relatio, etiam in genere causæ efficiētis. Et eodem mo- do dicendum est de relatione creaturæ, quæ est in materia, si placet esse realem: prius enim existit materia, quàm refera- tur relatione reali superaddita.

Ad vltimū respondetur quòd S. Tho. non comparat causam increatam cum creata, vt ex eo, quòd increata est ordi- nis altioris, colligat relationem non esse realem: sed comparat causam increa- tam cum effectu; quia illa non est ordi- nata ad effectum, sed effectus ad illam. Et hæc disparitas ordinis efficit, vt re- latio realis sit in effectu, & non in causa; sicut & in scientia est relatio realis, qua conformatur rei scitæ: in re autem scita non est relatio realis, qua sibi conformet scientiam. Non ergo probè Durand. mentem S. Thomæ intellexit.

C A P V T III.

Relatio realis, quatenus ad aliud est, est ens reale.

1. 2. 1. opinio Bañes in re- latione illud, ad, esse ens ra- tionis. Reprobatur.

3. 1. aduertendū. Abstractio in- telligentix du- plex, 1. vniuersalis. 2. formalis.

1. Quoniam per necessarium est intel- ligere, quid sit relatio; de diuinis relationibus disputaturis occurrit qua- stio Metaphysica, non parùm ardua; vtrū illud, ad, relatiuum, qui est modus rela- tionis intrinsecus, sit ens reale, necne?

Quidam opinantur esse ens rationis illud relatum, ad, qui est modus intrin- secus relationis realis. Sed certè ista sē- tentia est incredibilis, & nulla similitu- dine vicina vero: præterquàm, quòd est doctrinæ S. Thomæ, & communi existi- mationi contraria.

Hoc autē primū obseruetur, quòd abstractio intelligentiæ duplex est, alia, qua abstrahitur vniuersale à singulis; a- lia, qua abstrahitur forma à subiecto. Est autem abstractio quædam mentis cogi- tatio, qua separatim cognoscitur vnum absque alio, quæ in re ipsa cōiuncta sūt. Exempli gratia, cum medicamur homi-

A nem, nihil cogitantes de singulis homini- bus, abstractio est vniuersalis: dum verò cogitamus albedinem, quasi in subiecto corpore non esset, abstractio est forma- lis; qua forma abstrahitur, hoc est, secerni- tur cogitatione à proprio subiecto.

Post hæc aduertito, quòd ens abstrahi- tur abstractione vniuersalis à singulis entibus; sed ea minùs propriè appella- tur abstractio: cò quòd singula entia, eo- rumque differentiæ conueniunt solum- modò in conceptu entis analogo, ita vt sola analogia sit illis rebus communis; tum vel maximè, quia in ipsis rerum dif- ferentijs continetur ens, quod est primū intellectus obiectum. At verò in abstra- ctione propriè dicta, quæ vniuersalis ap- pellatur, id quod vniuersale est, est extra differentias singulorū, vt animal est ex- tra differentias hominis, & equi; ens ve- rò intra differentias rerum continetur, vel etiam intimum est illis: ens ergo se- paratur cogitatione à differentijs rerum per hoc duntaxat, quia in conceptu en- tis confuso non intelliguntur differentiæ: prædicatur tamen de ipsis differentijs, cum vniuersale non prædicetur de dif- ferentijs.

Quibus ita constitutis res scitissima est, in relatione reali duas esse entis dif- ferentias, siue duos modos intrinsecos (vt aiunt) quibus ens determinatur, & contrahitur ad genus relationis. Altera differentia entis huius est, quòd sit in ali- quo, quo distat à substantijs, quæ sunt per se: altera est quòd sit ad aliud, qua diffe- rentia relatio discernitur à cæteris ge- neribus accidentium, quæ sunt quidē in aliquo, sed non ad aliud. Accidit autē circa relationem duplex abstractio; sicut & circa cætera accidentia; altera forma- lis, qua ipsa relatio abstrahitur, siue seiū- gitur quasi forma à subiecto; & ita rela- tio consideratur, vt est ad aliud, & nō vt est in aliquo: altera, qua relatio abstra- hitur à differentijs relationum, & dici- tur abstractio vniuersalis.

In abstractione igitur formali relatio- nis, & aliorum accidentium, hoc est cō- mune, quòd sicut cætera formæ accidē- tes subiectis, habent aliquod esse rela- tum ad subiectum in quo sunt; & dum considerantur sine subiecto abstractione formali, considerantur etiam sine illa relatione, quæ explicatur per hoc, quòd est esse in aliquo, scilicet in subiecto: ita relatio

aliquid V... 4. aduert. Vniuersalis abstractio entis minùs propria abstractio Ostenditur 1.

2. & principa- liter.

Ens includi- tur in suis, ve- lut differentijs & prædicatur de illis; nō se vniuersale de suis differen- tijs.

5. In relatione sunt duæ en- tis differentiæ esse in subie- cto, esse ad ali- ud.

Abstractioe formali à subie- cto relatio cō- sideratur vt est ad aliud.

Vniuersali à differentijs cō- sideratur vt vniuersale.

6. Vt aliæ forme accidentales ab- stractione for- mali abstra- hūt ab esse in subiecto: sic re- latio.

relatio abstracta à subiecto formali abstractione, non consideratur prout est in aliquo, sed quasi non esset in aliquo; & ita consideratur sine illa relatione ad subiectum: Sicut Mathematicus considerat quantitatem sine subiecto. Ex quibus iam colligimus, quod eodem modo est intimè relationi esse in aliquo, sicut & qualitati, aut quãtitati; & ita abstrahitur relatio à subiecto, sicut & cætera accidentia abstractione formali.

7.  
In relatione principalis est esse ad terminum; minus principale esse quoque ad subiectum, i. est differentia, sine qua non potest cogitari.  
2. comune omnibus accidentibus.  
Arist. acutè.

Illud est autem singulare in relatione, quòd totum suum esse est ad aliud; quare principaliter est ad terminum, & minus principaliter est quoque ad subiectum, in quo est. Et ratio sponte occurrit, quia esse ad aliud est propria relationis differentia, esse verò in aliquo est commune accidentibus. Et ita relatio potest abstrahi abstractione formali à subiecto, ita ut non consideretur in aliquo; non tamè cogitari potest, nisi ad aliud, quæ est propria relationis differentia. Quare hoc ipsum Arist. docuit 5. Metaph. quòd scientia, ut est relatum, non est scientis, sed scibilis; quia ut est relatum potius refertur ad aliud, quàm ad subiectum, in quo est.

8.  
Opin. Bañ. esse verodissimillimã, & improbabilem, Probatur i. ex simplicitate relationis.

His per incogitantiam non probè animaduersis, viri doctissimi, & ingenio valentes opinati sunt eam differentiam entis, quam dicimus ad aliud, non esse ens reale; sed alteram differentiam relationis, scilicet in aliquo, esse ens reale, & propterea relationem esse ens reale. Quæ quidem opinione nihil potest fingi verodissimilius: si enim de reali relatione agendum sit, constat rem esse simplicem, imò neque propria abstractione diuisibilem, sed simplici intelligentia contentam: quare esse ad aliud, & esse in aliquo, res eadem simplex est; ergo vel totum est reale in relatione, vel nihil. Confirmatur, quia nihil potest constare ex ente reali, & rationis, quia ens rationis non est pars entis: ergo, etsi relatio non esset res simplex, sed composita, non tamen posset fingi ex ente reali, & rationis res tertia concreta, scilicet ex illo esse in, & esse ad; siquidem, ut illi volunt, esse in, est reale, & esse ad, rationis.

Confirmatur.

9.  
Probatur. 2.  
Arist.

Præterea id, quod est commune nihil est præter singularia; sunt enim vniuersalia in singularibus, ut Arist. demonstrat in Physicis contra Platonem: si ergo id, quod solum est particulare in relatione,

scilicet, ad aliud, non est quid reale; ipsum ens, siue esse in, quod est commune, nihil est: non est ergo relatio ens reale. Adhuc, differentia est, quæ maximè dat esse rei; si ergo ad aliud, quod constituit genus entis, non est ens; neque ipsa relatio, quæ est genus constitutum, erit ens reale. Et confirmatur, quia ens includitur in omni entis differentia; ergo includitur in conceptu huius differentie ad aliud. Denique relatio diuina, ut est ad aliud, & non ut est in aliquo, constituit, & distinguit personas; nam ut est in Deo, non distinguit, sicut sapientia in Deo non affert distinctionem: ergo ut est ad aliud, distinguit; ergo ut sic est, est in se reale. Ideò enim probant Theologi firmissima ratione diuinas relationes esse reales, quia distinguunt diuinas personas. Quare hæc opinio non est probabilis, sed contraria demonstratur euidentè; quam tamen aliqui falsò existimant Thomam Caietanum probasse, ut dicemus.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Probatur. 3. ex diuinis.

Contraria igitur opinio demonstratur euidentè.

10.  
2. opinio

Probatur. 1.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

Probatur. 4.

Probatur. 5.

Probatur. 6.

Probatur. 7.

Probatur. 8.

Probatur. 9.

Probatur. 10.

Probatur. 11.

Probatur. 12.

Probatur. 13.

Probatur. 14.

Probatur. 15.

Probatur. 16.

Probatur. 17.

Probatur. 18.

Probatur. 19.

Probatur. 20.

Probatur. 21.

Probatur. 22.

Probatur. 23.

Probatur. 24.

Probatur. 25.

Probatur. 26.

Probatur. 27.

Probatur. 28.

Probatur. 29.

Probatur. 30.

Propter hæc eadem improbamus aliquorum sententiam, qui aiunt has duas entis differentias, in aliquo, & ad aliud, distingui virtute inter se: eò quòd sic relatio est in subiecto, quasi non esset ad aliud, & sic est ad aliud, quasi non esset in subiecto. Hoc, inquam, falsum est, ut videtur; & quidem ea distinctio virtualis, quæ etiam dicitur eminentè talis, in solo Deo inuenitur ob entis infinitatem, ut lib. 1. diximus. Deindè hæc distinctio virtualis est inter diuersa obiecta intellectus, scilicet inter diuersas rationes formales obiectorum: modi autè diuersi eiusdem entis, non sunt diuersæ rationes formales, sed duntaxat sunt modi cognoscendi, ut lib. 5. dicemus. Denique ipsum ad aliud sicut intrinsecè continet ens, ita & accidens; differentie enim accidentis continent ipsum accidens: quare hoc ipsum, quod est ens in aliquo, est intrinsecum in ratione formali entis ad aliud, & sola abstractione imperfecta separatur in conceptu confuso, ut diximus.

Ad hæc autem præscripta tanquam ad normam dirigenda est loquutio: quia enim nobis non accidit referre simul rem vnã ad terminos diuersos, negamus quòd relatio, prout est ad aliud, sit in aliquo; quia prout refertur ad terminum, non refertur ad subiectum. Et ita S. Th. ait q. 28. art. 1. & 2. quòd relatio secundum propriam rationem non significat aliquid

11.  
Nobis non accidit, prout referimus rem ad vnum terminum, simul referre ad aliud, S. Thom.

Boet.

S. Thom.

Idem.

Comentarius ex dictis.

In apprehensione abstracte abstractione formali relationes vt sic, intelliguntur vt assistentes, & contingentes rem relatam vt egressu ab illa, non vero vt illi inhaerentes.

Boet.

S. Thom. notandus.

Relatio, vt sic licet intelligatur vt assistens & contingens, tam est verè, & formaliter inhaerens.

Idem.

Explicatur eisdem assertu, sc. Relatio hoc habet singulare vt secundum propriam ra-

aliquid inhaerens, sed ad aliud. Et Boet. lib. 1. de Trinit. ait ad aliud omnino non predicari: quod explicat S. Thom. in 1. de 26. q. 1. art. 2. ad 1. ad aliud, vt sic, non predicari, sed potius referri. Sed si loquendum sit de ratione formali relationis; in ipso, ad aliud, continetur ens in aliquo: quia accidens continetur in conceptu differentiarum, vt diximus. Ex quibus colligitur commentarius verborum S. Thom. 1. p. q. 28. art. 2. vbi ait. Si igitur consideremus (etiam in rebus creatis) relationes secundum id, quod relationes sunt, sic inveniuntur esse assistentes, non intrinsecus affixae, quasi significantes respectum quodammodo contingentem ipsam rem relatam, prout ab ea tendit in alterum. Loquitur enim S. Thom. de relationibus realibus, vt potè, quae in rebus creatis insunt. Quod ergo ait, inveniuntur assistentes, intelligendum est, quod in illa apprehensione, qua abstrahuntur abstractione formali, concipiuntur mente, & cogitatione quasi assistentes, hoc est, modo intelligendi ita apprehendantur, vt solent apprehendi ea, quae assistunt, & non inhaerent. Et quauis respectus ille, quem nomen relationis significat, non intelligatur vt inhaerens, intelligitur tamen, quasi contingens rem, in qua est; quia intelligitur, vt egressus ab illa, & tendens in terminum. Quae etiam ratione Boetius lib. de Trinit. dixit relationem significare aliquid, non vt inhaerens, sed vt in transitu quodam ad aliud; & S. Thom. q. 8. de potent. ar. 2. ait, nihil prohibere quin illud inhaereat re ipsa, quod non significatur vt inhaerens. Est igitur perspicua explicatio, vel quod relatio vt sic, non intelligitur vt inhaerens, quia in abstractione formali non consideratur inhaerentia; vel quod non intelligitur per modum inhaerentis, sed per modum contingentis rem, in qua est; & ita intelligitur, vt assistens, id est, per modum assistentis; quia aliàs falsum est quod relatio vt sic sit verè, & formaliter assistens, aut contingens; sed est verè, & formaliter inhaerens, quamuis non intelligitur, vt inhaerens: quod etiam docet S. Thom. q. 7. de potent. art. 3. ad 7. Superest tamen dubium per arduum circa verba S. Thomae eadem superius citata q. 28. art. 1. & 2. vbi ait quod relatio hoc habet singulare, vt secundum propriam rationem inueniatur extra genus.

A Idem docet q. 13. art. 7. & q. 2. de potet. ar. 5. & quodlib. 4. ar. 5. & aliàs saepius: ea enim parte, qua extra genus inuenitur, videtur quod non sit ens reale. Ex ipso vero auctore depromenda est ratio difficultatis explicandae, docet quippe saepius in sententijs quaedam tribui Deo secundum rationem differentiae remoto genere; vt scientia proprie dicitur de Deo, habitus autem, & qualitas, quae sunt genera subalterna scientiae, de Deo non dicuntur, neque in Deo sunt. Ex quibus colligitur esse genus quoddam abstractionis, quasi formalis, quo differentia abstrahitur à genere; differentia enim est quasi forma generis, cum sit actus, genus vero potentia. Ex illa vero differentia sic abstracta a abstractione formali remoto genere, potest adhuc abstrahi conceptus communis analogus abstractione vniuersalis, in quo conceptu res alia conueniat, vt in exemplo inducto à S. Thoma apparet: nam à scientia secundum conceptum differentiae, vt est rerum euidens, certaue cognitio, remoto genere habitus, aut qualitatis, abstrahitur conceptus communis scientiae, complectens scientiam creatam, & incretam; & idem docet S. Doctor q. 7. de potent. art. 4. ad 3. & firmat sententiam verbis S. Augustini 5. de Trinit. cap. 1. *Intelligimus Deum quantum possumus, sine quantitate magnum, &c.* Quod est intelligere notionem speciei secundum solam differentiam, remoto genere.

D Eodem igitur modo omnino relatio, prout est ad aliud, potest abstrahi abstractione formali ab ente, & ab accidente; ita vt consideretur relatio prout est ad aliud; & non consideretur, quod est ens, aut accidens, licet vtrumque includatur in ipso, ad relatio; & à relatione sic abstracta potest iterum abstrahi conceptus communis analogus abstractione vniuersalis, in quo conceptu conueniat relatio realis, & rationis. Et in eodem sensu, quod dicimus scientiam secundum conceptum differentiae remoto genere inueniri in Deo; dicimus relationem realem secundum proprium conceptum relationis, remoto ente, aut accidente, inueniri extra genus: quia etiam relationes rationis sunt verè, & proprie relationes; sicut scientia Dei est verè, & proprie scientia. Solum ergo relationis genus hoc habet peculiare, quod sicut ad aliud reale, proprie

tionem inueniatur extra genus. Idem.

Est genus quoddam abstractionis, quasi formalis, quo differentia abstrahitur à genere.

Scientia secundum rationem abstractam sine differentia inuenitur supra genus, id est, in Deo.

S. Aug.

13.

Relatio realis secundum proprium conceptum relationis, seu ad aliud, inuenitur extra genus, id est, in relationibus rationis.

priè est ad aliud, ita & relatio rationis propriè est ad aliud, Ergo ab utraque relatione potest abstrahi communis ratio formalis vnâ definitione explicabilis, scilicèt ad aliud. Hoc ergo fortassis est, quod ait Thom. Caiet. ad aliud inueniri in relatione reali cum abstractione ab ente reali, & ab accidente, scilicèt cum abstractione formali: nisi enim in hac abstractione remoueas ens, & accidens, non potest abstrahi communis conceptus relationi reali, & rationis. Sed quia obscurius disserit de re ista, locum dedit impugnatoribus, quasi dixerit ipsum, ad aliud, realis relationis, non esse ens reale. Probè etiam obseruat Caiet. relationes particulares addere differētias, quæ non sunt extra genus, vt paternitas; sed inter has particulares quædam sunt, quæ extra genus quoque inueniuntur, vt similitudo, distinctio; est enim propriè similitudo, imò maxima, quæ non est ens reale, neque in genere, vt similitudo inter personas diuinas, quæ est relatio rationis; & distinctio est quoque inter entia rationis, quæ non est ens reale.

Hoc autem Doctoris Sancti assertum commodissimè explicatur, quòd sicut dicimus, Hæc herba est in horto meo, propter speciè; scilicèt, Herba istius speciei est in horto meo; ita dicamus, relationes reales secundum propriam rationem, hoc est, secundum analogiam propriæ differentie, vt exposuimus, esse extra genus. Neque indè sequitur, quòd relatio realis aliqua parte sui sit non ens, aut sit extra genus; sed quòd conueniat in analogo cõceptu cum relatione extra genus.

Alia hinc emergit quæstio, vtrum relatio, quæ est communis relationi reali, & rationis, sit vniucum, an analogum? quòd si analogum, vtrum vnus conceptus analogum? Quidam sunt, qui entia realia, & rationis conuenire aiunt in conceptu analogo entis: quare non mirum quòd relationes reales, & rationis in vno conceptu coeant. Alij hoc quidè tribuunt conceptui relationis, negant conceptui entis. Posterior hæc sententia vera est, quoad vtramque partem. Nam entia rationis non sunt verè entia, sed solo nomine; ens enim ab esse dicitur, quod est existere: ergo entia realia, & rationis non coeunt in vno cõceptu entis. At verò si à relatione reali abstrahamus vnum conceptum commu-

nem, remouendo abstractione formali (vt diximus) ipsam rationem entis, & accidentis, nihil prohibet illo conceptu communi contineri relationem realem, & rationis: nam et si relatio rationis non sit vera relatio, quia verum est passio entis; est tamen verè relatio, hoc est, verum est dicere relationem eam, quæ est rationis esse relationem.

Quo in loco aduertendum est, relationem, prout est, in, non inueniri extra genus in rebus creatis, quia entia rationis propriè nõ sunt in aliquo, licèt sint propriè ad aliud. Et in hoc sensu verissimum est, quod scholasticorù sermone teritur, ab ente reali, & rationis non abstrahi cõmunem conceptum, scilicèt conceptum entis: nam ens rationis non est propriè ens, sed æquiuocè, vt homo pictus. Si verò à relatione reali remoueas cõceptum entis abstractione formali, relatio absque dubio vno conceptu communis est ad relationem realè, & rationis. Probatur, quia vtraque relatio propriè est relatio; & vtramque vult Thom. Caiet. definitione eadè definiri ab Aristotele; saltèm vtrique potest definitio accommodari. Qui verò negant relationem rationis in eodem conceptu conuenire, à veritate abhorrent, vt ostensum est; & à doctrina S. Thomæ alieni sunt, qui ait relationes secundum propriam rationem extra genus inueniri. Nam si nomine relationis S. Tho. non intelligit rationem aliquam formalem definibilem, & cõmunem; falsò ait relationem secundum propriam rationem esse extra genus: sicut si quis dixerit, hominem secundum propriam rationem esse pictum; eò quòd homo pictus solo nomine dicatur homo, & nõ secundum propriam rationem hominis: non ergo relatio rationis solo nomine relatio dicitur, sed verè, & propriè relatio.

Sunt tamè, qui in vtrisque relationibus, ita parè vnitatem speculantur, vt dicant relationem esse aut genus, aut saltè vniucum relationibus realibus, & rationis. Ita existimat Ioan. Capr. in 1. d. 33. q. 1. Frãcisc. Ferrar. 4. cõtra gēt. c. 14. Paul. Sõc. Metaph. q. 26. concl. 2. & Thom. Caiet. 1. p. q. 28. quod videtur posse cõfirmari illâ sententiâ S. Tho. quòd relatio secundum propriam rationem est extra genus. Sed ad hoc declarandũ satis est, quòd sit analogia vnus cõceptus, in quo est vna ratio formalis; licèt illa nõ sit genus, neq; vniucum.

BBb Videtur

Relatio ratio- nis secundum esse ad aliud, est verè, & propriè relatio, vt sic, seu secundum propriam rationem ad aliud, abstractam ab ente, & accidente.

Declaratur.

16. In rebus creatis relatio secundum esse, in, nõ inuenitur propriè extra genus, seu in relationibus rationis.

Confirmatur.

Caiet. Arist.

S. Thom.

Exemplum. Homo secundum propriam rationem non est pictus.

17.

Contra Capreol. Ferrar. Soncin. Caiet.

S. Thomas explicatur vt supra.

Caietan. explicatur.

Ex Caiet. Relationum particulariũ quædam differentie nõ sunt extra genus: Quædam tamen sunt.

14. Illud assertũ ex S. Thom. explicatur exemplo huius asserti similis: Hæc herba est in horto meo, propter speciẽ.

15. Quæst. emergens.

Cõtra quosd. 1. concl. Conceptus entis ad reale & rationis est æquiuocus.

2. concl. Conceptus relationis, vt sic, est analogus.

Prima probat. Entia rationis non sunt verè entia, sed æquiuocè, vt homo pictus. Ostenditur.

Secunda probatur.



18.

Conceptus relationis ut sic, est analogus.

Est hæc quædam analogia attributionis, secundum intelligentiam tantum. Ostenditur.

Obiectio.

Solvitur.

Inter personas diuinas rationes fundamēti est similitudo vera, non vera relatio.

Est etiam hæc analogia proportionis. Ostenditur.

Non est analogia attributionis, qualis reperitur inter analogia per se mutuo debilibilia.

19.

Cōclusio questionis principalis.

Explicatur.

Probatur ex S. Thom.

Videtur igitur conceptus relationis non esse vniuocus, sed analogus: quia relatio realis est vera relatio; relatio rationis nō vera relatio, siquidem nō realis: quod facit maximam disparitatē; & attributionem quandam facit, non secundum esse, quia relatio rationis nō habet esse, sed secundum intelligentiam; quia cōtemplamur relationem rationis imitando cogitationem relationem realem. Quod si obijcias similitudinē inter personas diuinas esse veram similitudinē, & tamen esse relationem rationis; quare & relationem rationis esse verā relationem. Respondendum est similitudinem illam esse veram, sicut & summā, ratione fundamenti; sed non ratione relationis, quæ non est vera relatio. Et ita dicimus esse veram similitudinem propter fundamentū; ne videamur dicere nō cōuenire Filiū cum Patre in vnitatem naturæ: sed non dicimus esse veram relationem. De genere analogiæ relationis cōmunis, nulla est difficultas. Et quidem quod cernatur ibi analogia proportionis, non ambigimus; quia sicut se habet relatio realis ad suum terminum, ita & relatio rationis: est etiam in his quædam attributio, vt modò dicebamus, cum relatio rationis imitetur realē: sed non est analogū attributionis, vt alia, quorū vnū definitur per aliud; quia similitudo, quæ est relatio rationis nō definitur per illā, quæ est realis: nisi velis vnā ab alia discernere; tunc enim relatio rationis definitur per quædam imitationem relationis realis. Exemplum istius analogiæ est in nominibus diuinis, prout sunt rebus creatis, & increatis cōmunia, de quibus disputabimus lib. 5.

Conclusio itaque est, quod in relatione reali ipsum quod est ad aliud est ens reale, & accidens; non tamē prout est ad aliud, est in aliquo: quia diuersis modis comparamus relationem ad terminū, & ad subiectū; propter quos modos significandi, & intelligendi, neque prout est in aliquo est ad aliud, neque prout est ad aliud est in aliquo: sed tamen prout est ad aliud ens reale est, quia in ipsa differentia entis clauditur ens; & ipsum esse ad aliud est verum ens, & verū accidens in subiecto. Quod apertè docet S. Thom. in 1. d. 25. q. 1. art. 4. affirmans relationem realem propria ratione formali quidditatiua ponere aliquid in subiecto, in quo

A est. Et in opere ad Anibaldum similiter in 1. d. 25. art. 4. ad 3. eiusdem asserti rationem subiicit: *Si enim, inquit, ratione relationis, siue respectus non poneret aliquid, cum secundum suum esse, ratione cuius ponit aliquid inherens, non eadat in genere relationis, non esset aliquod genus entis.* Quæ argumentatio huiusmodi est: Relatio, quæ tale ens, est genus hoc; quod si quæ tale ens, non ponit aliquid inherens, non est accidens, neque genus accidentis. Si verò quæ tale ens ponit aliquid inherens, quæ tale est, ratione relationis quæ est ei propria, aliquid ponit inherens. Quod argumentum effugere nemo potest.

B Sed vt res ista perspicaciùs adhuc intelligatur, declarandū est, quid sit ipsum, in, relatiuum, & quid sit, ad: scilicet an illud, in, relatiuum sit inherens actualis; & illud, ad, relatiuum actualis relatio, an sola aptitudo ad hæc.

De primo dicendum est, sicut in ceteris accidentibus, ita & in relatione illud, in, quod est modus intrinsecus entis, nō esse actum inherendi: & est penitus inspicandū, quod accidens est in subiecto, & existit in subiecto: est in subiecto per vniōnem, siue cōiunctionem realem prioritate naturæ, antequam existat; neque enim accidens existit, antequam vniatur subiecto; sicut existit anima rationalis prius, & subsistit, quàm corpori copuletur. Est ergo accidens in subiecto per cōiunctionem realem; & deindè existit in subiecto: & neutra inherens, siue actus eotis in alio, significatur nomine accidentis principaliter, nisi fortè in obliquo; essentia enim accidentis præintelligitur cōiunctioni eius cum subiecto; per quam cōiunctionem habet accidens, vt in subiecto sit: imò prius naturā producit quàm coniungatur subiecto, quāuis illius productio pēdeat à subiecto. Ex quibus colligimus illud esse, in, quod est essenziale, imò intimus modus accidentis, non esse actualem inherens; sed esse quendam modum realem, vnde accidenti conuenit, vt possit esse in alio, quia non est per se. Et hoc est intimum relationi etiam reali, scilicet, vt sit ens modo quodam, vt possit esse in alio: quem entis modum explicabimus lib. 4.

At verò de relatiuo, ad, dicendum est non esse ipsam relationem, sed modum intimum relationis; quia relatio includit

Argumentatio D. Thom. in dissolubilis.

Explicatur.

21.

In relatione illud, in, relatiuum intimum nullus est actus inherendi.

Accidens prius naturæ est in subiecto per vniōnem: secundo existit in illo.

Anima rationalis contra,

Imò accidens prius naturā producit etiam dependet à subiecto, quàm sit in illo, seu vniatur.

Illud esse, in, relatiuum essenziale est realis aptitudo in sit.

Declaratur.

22. Illud, ad, relatiuum nō est ipsa relatio.

Licet includat accidens & ex contrahit illa ad relationem ut modus intrinsecus.

dit accidens, & ens: ad, verò relatiuum et si hæc includat, cōtrahit illa ad genus, ut modus intrinsecus entis; & ita esse in, & esse ad, sunt duo modi reales intrinseci, qui sunt modi intelligēdi ipsam relationem, & dicuntur modi intrinseci illius.

23. Vtrum sit aptitudo? 1. opinio.

Fundamentū.

Sed adhuc inquiritur, Vtrum istud, ad, sit aptitudo aliqua, vel potius actus, quo res absoluta referatur? Quidam affirmant aptitudinem esse, & non actum; quia sicut est extra essentiam accidentis, aut etiam relationis, actus ut inquit, sed sola aptitudo ut inquit, est in essentia accidentis: ita & quod relatio referat, est extra essentiam relationis; & sola aptitudo ut referat, potest in essentia relationis considerari.

24. 2. opinio.

Fundam.

Alij verò contra opinantur in relationis essentia non esse solam aptitudinem, sed actum referēdi; aliàs productam relatione secundum essentiam, necesse esset aliquid aduenire relationi, ut actu referat: quod est falsum, quia relatio est forma relatiua, cuius effectus formalis est referri; at verò inter causam formalem, & effectum nihil est medium.

25. Conclusio.

Relatio non est aptitudo, seu potentia proprie, sed improprie. Declaratur.

Ad hoc dicendum est, nomen aptitudinis esse nomen potentiae, quæ opponitur actui; relatio autem est actus, quo res refertur: quare si proprie loquendum sit, relatio non est aptitudo, neque potentia. Verū est quod illud, quod est ab alio, est quasi à potentia; potentia enim respicit possibile, quo pacto possibile est, quod ab alio potest esse. Et ita in omni causa etiam formali, est quædam potētia improprie dicta ad effectum, quia effectus est à causa; & isto modo relatio est aptitudo ad referendum, cuius aptitudinis actus est referri, sicut est eius effectus.

Referri est actus eius aptitudinis, sicut est eius effectus formalis.

Si quis tamen existimet relationem ita esse aptitudinem, ut oporteat aduenire illi aliquid, ut actu referat; is aperte fallitur non considerans ipsam relationem esse actum referendi. Verum est, quod sicut agēti necessaria est admotio passiva, ut agat in illud; ita & formæ necessaria est coniunctio cum subiecto, ut suum habeat effectum.

26. Adfundamē - tum primæ opinionis.

Ad argumentū igitur prioris opinionis concedimus esse extra essentiam relationis, ut actu referat; & inde colligi esse in relatione quandam aptitudinem improprie dictā, cuius actus est referri, qui est effectus formalis eius; sed absolute

**A** loquendo relatio est actus, siquidem est forma, & est id, quo actu res quepiam refertur absque alio additamento.

Relatio proprie est actus & forma.

Ad argumentū secundæ opinionis cōcedimus in relatione esse potentiam improprie dictā; neque inde sequitur, ut sit necesse addere aliquid relationi, ut res per illam referatur: quia talis est potentia, cuius actus immediatus est referri.

27. Adfundam. secundā.

CAPUT III.

Argumenta refelluntur.

**I**, qui existimant relationes reales, & rationis, non conuenire in aliqua ratione cōmuni, etiā analogā; facile tñetur in relatione reali ipsū, ad aliud, esse ens reale, eò quod non conueniat in aliquo cōmuni cū relatione rationis. Sed cōtra eos qui asserunt relationes utrasque in vno cōceptu relationis cōuenire, cū quibus & nos cōsentimus, illud est argumētum primū: Ad aliud, in vtrisque relationibus, scilicet realibus, & rationis, est vnum vnitatem analogiæ, ut diximus: sed nihil est commune enti reali, & rationis; ergo in ipsa relatione, ad aliud, non est quid reale, sed rationis; aliàs nihil est.

Confirm.

**C** Probandū ergo est illud assumptū, quod enti reali, & rationis nihil sit commune; cætera enim in argumēto proposita nota sunt: & probatur in hūc modum: Illo, quod est cōmunissimū, nihil est cōmunius, sicut nihil est maius maximo; sed ens reale est quid cōmunissimū; ergo nihil est cōmunius, in quo scilicet ens reale, & rationis cōueniat. Et confirmatur, quia ens est obiectū adæquatum intellectus; ergo nihil intellectus intelligendo abstrahit, quod sit cōmunius, quàm ens; aliàs intelligeret extra obiectum suum.

2. argum.

**D** Secundò: Ad aliud inuenitur extra genus, & extra ens, ut diximus; ergo, ad aliud, non est realis differētia entis: Nā ens reale continetur in conceptu cuiuscunque differentie entis: ergo, ad aliud, non est ens reale.

3. Tertium.

**T**ertiò: Si, ad aliud, esset ens, idē esset ad aliud, & ens ad aliud; sicut idem est homo, & ens homo; ens quippè nihil addit omninò ad res singulas: sed ens ad aliud nō inuenitur extra genus; ergo ad aliud, quod inuenitur extra genus non est ens; ergo relatio, prout est ad aliud, nōa est ens.

Confirm.

2. Secundum.

3. Tertium.

4. Quartum.

Quartò: Ad aliud vt sic, non est in aliquo; quod supra docuimus; ergo vt sic, non est accidens, quod est in aliquo: sed vt sic, non est etiam substantia; ergo ad aliud, vt sic, non est ens: quod enim est ens, aut accidens est, aut substantia. Et confirmatur, quia S. Thom. q. 2. de potent. art. 5. docet relationem vt sic, non esse aliquid, sed ad aliquid.

Confirm.  
S. Thom.

5. Vltimum cōtra assertum ex S. Thom. 1. instantia.

Vltimò probatur, quòd aliæ quoque res secundum propriam rationem sint extra genus, neque hoc sit relationum singulare, vt S. Thom. ait. Nam rosa non existens est ens rationis; & existens est in genere substantiæ: ergo est in genere, cum existit; & extra genus, cum non existit. Item triangulus in subiecto est vera quantitas, & separatus à subiecto est ens rationis. Item tempus est ens rationis, quia completur ex actione animæ numerantis, vt ait S. Thomas 4. Physicorum; & tamen est species quantitatis; ergo est quoque in genere, & extra genus. Adhuc actio, vt actio, nihil ponit in subiecto, vt ait S. Thom. de potentia q. 8. artic. 2: ergo non est hoc solius relationis, quòd vt relatio est nihil ponat. Præterea numerus in quantitate est ens reale absolutum; & est etiam extra quantitatem numerus transcendentalis, qui est ens rationis: ergo non sola relatio est in genere, & extra genus. Denique probatur, quòd relatio non sit extra genus, quia relatio rationis non est relatio, cum non sit ad aliud, id est, ad rem aliam.

Secunda.

Tertia.

S. Thom.

Quarta.

Quinta.

Vltima impugnatio.

*Aduertenda.*

6. 1. aduertendū.

Relatio vt sic, nō est ens, nec nō ens, sed abstrahitur ab ente abstractione formali. Similiter nō est accidens, nec non accidens, sed, &c.

Relatio realis vt sic, est secundum se res aliqua in aliquo existens, sive vt in subie

**A**D ea quæ dicta sunt de questione hac, cap. præcedente, illud magis distinctum adiiciendum est, quòd relatio, vt relatio, scilicet vt est quædam ratio communis cōtinens relationes reales, & rationis, non importat in sua ratione formali, vt insit in aliquo; quia vt sic non est ens, vt diximus: neque verò non ens: neque etiam ab ente, & non ente abstrahitur abstractione vniuersalis à singularibus; sed abstrahitur ab ente abstractione formali, quia non consideratur vt est in aliquo, sed duntaxat vt est ad aliud. Relatio verò realis vt sic, licet vt est ad aliud non sit in aliquo, quia vt refertur ad terminum, non refertur ad subiectum; est tamen secundum se res aliqua in aliquo existens; & hæc quoque dicta sunt. Relatio ergo realis,

**A** vt continet relationes creatas, & diuinas, est quidem res in aliquo existens, sed non est res existens in subiecto; hoc enim proprium est relationis creatæ: relatio verò communis ad creatam, & in creatam est res existens in aliquo, vel vt in subiecto, vel vt forma in supposito, vel etiam in præexistente, quo pacto relatio diuina est in essentia, vt docuimus: relatio ergo realis communis est res in aliquo, quocunque modo in aliquo existat; relatio verò creata est res existens in subiecto; relatio autem communissima etiam rationis relationes complexa vt sic, non est in aliquo, sed ad aliud.

**B** Adhuc autem est aduertendum in ipsa relatione reali, quòd esse ad aliud, & esse rem cui conueniat existere in aliquo, non sunt res duæ, neque rationes formales duæ; sed est res eadem, & ratio formalis eadem: sed, quia cognoscitur modis oppositis, prout est ad aliud, & prout est in aliquo, non potest simul comparari ad vtrumque. Cum ergo dicimus, quòd relatio, prout est ad aliud, non est in aliquo, non significamus hæc esse diuersa; sed significamus nostrum modum intelligendi, quo rem eandem comparamus ad diuersa, & prout comparamus relationem cum termino, non conferimus eam cum subiecto; quasi clariùs dicamus, relatio, prout est ad aliud, non intelligitur in aliquo. Relatio ergo creata (quod est scitè aduertendum) prout est ad aliud, non est accidens; quia in illa comparatione intellectus ad aliud, nō intelligitur in aliquo, sed ad aliquid; accidens autem significat ens in aliquo, & ita significat modum oppositum: in aliquo enim, & ad aliud opponuntur: relatio tamē creata, prout est ad aliud, est ens reale, quia ens nō significat modum oppositum; & ita nihil repugnat, quin cōsideretur vt ad aliud, & vt ens. Relatio itaque realis, vt ad aliud, consideratur quidem vt ens, sed non vt accidens.

*Responsio.*

**A**D primum argumentum respondetur concedendo, quòd nihil abstrahitur ab ente reali, & rationis sub cōceptu entis; sed à quodam ente, scilicet à relatione, remota ratione entis, vt diximus, potest fieri abstractio, in qua relatio realis, & rationis cōueniant. Et ad argumentum dicimus quòd ens est cōmunissi-

cto, sive vt forma in supposito, vel etiam in præexistente.

7. 2. aduert. In relatione reali esse, in, & esse, ad, eadem est ratio formalis, sed modis oppositis cognita.

Relatio prout est ad aliud, non intelligitur in aliquo.

Intelligi potest vt ad aliud, & vt ens.

8. Ad primum.

Ad aliud non est quid communius ente reali, sed quodam genere entis realis, sicut scientia, &c.

Ad confirm. Relatio rationis intelligitur sub ratione relationis realis, tanquam sub medio intelligendi: ipsa autem relatio rationis est res intellecta. Obiect.

Occurritur.

munissimum, & quod nihil est communius ente: relatio enim non est quid communius; quia non omne ens est relatio: sed est quid commune, in quo conuenit quoddam genus entis, scilicet relatio realis, & aliquid extra genus, scilicet relatio rationis: sicut scientia communis creata, & increata non est quid communius, quam qualitas, neque enim omnis qualitas est scientia; sed est quid communius, quam quaedam qualitas; scilicet quia continet scientiam, quae est species qualitatis, & scientiam diuinam, quae est extra genus: haec enim analogia abstrahuntur remoto genere, vt diximus. Ad confirmationem respondetur, quod entia rationis intelliguntur sub ratione entis realis, & ita continentur in obiecto adequato intellectus. Quod si obijcias in hunc modum: Entis realis, & rationis non est analogia, qua vnus conceptus communis informetur, vt nos concedimus; sed relatio rationis intelligitur sub ratione entis realis; ergo sub ea ratione, non conuenit cum relatione creata in conceptu vno. Occurrendum est, quod sicut ens rationis intelligitur sub ratione entis realis, ita relatio rationis sub ratione relationis realis. Sed aduertes, quod vnum cognosci sub ratione alterius significat, quod illud alterum sit ratio, siue medium intelligendi aliquid, vt colorem cernimus sub luce: & ita relatio realis est ratio, siue medium cognoscendi relationem rationis. Sed in illo conceptu, siue notitia, qua cognosco relationem rationis; res cognita non est relatio realis, sed rationis tantummodo; & ita ex vno conceptu relationis realis, & altero relationis rationis, informo mentem tertio conceptu communi.

9. Ad 2. Ad secundum respondetur, quod ad aliud relationis realis est extra genus, ad eum sensum, quo dicimus, Haec herba est in horto meo, vt explicauimus; quare aliqui Thomam Caietanum coarguunt, quasi crediderit, ipsum ad aliquid, quod est propria differentia generis, esse extra genus; sed existimare hoc, hominis esset mentis inopis.

10. Ad 3. Ad tertium responderetur, quod licet, ad aliud, & ens ad aliud, re ipsa sint idem; in abstractione tamen hac longe distant, cum ea conficiatur remoto en-

te, vt diximus. Igitur dicendum est, quod ens ad aliud non inuenitur extra genus, quia nullum est commune analogum relationi enti, & relationi non enti, sub his notionibus, siue conceptibus: sed abstractione formali remoto ente, ad aliud, inuenitur extra genus secundum rationem communem relationis, quia relatio rationis est proprie ad aliud. Quod si obijcias Sanctum Thomam dixisse relationem realem secundum propriam rationem esse extra genus. Iam hoc identidem elucidamus, quod intelligit S. Thom. propriam rationem, hoc est, considerata ratione differentiae remoto genere; non quod ipsa differentia sit extra genus reale, sed quod similis ratio inueniatur extra illud, scilicet relatio rationis; eo modo, quo dicimus, Haec herba est in horto meo. Et ideo explicatius respondemus relationem realem esse extra genus, secundum rationem communem relationis, in qua relationes rationis conueniunt: sensu vero non dissentimus a Doctore Sancto.

Ad quartum dicimus in aduertendis, quod relatio realis vt sic, neque est accidens, neque substantia; relatio vero creata, vt est ad aliud, non est accidens, id est, non intelligitur vt accidens, quod est alicuius accidens, & in aliquo inherens: quia modi illi ad aliud, & in aliquo simul intelligenti repugnant, etsi res sit eadem: sed tamen vt ad aliud est, ens reale est; quia conceptus entis etiam ex modo significandi non repugnat relationi, vt est ad aliud. Ad S. Thom. patet ex primo aduertendo.

Ad vltimum respondetur solam relationem esse extra genus, vt S. Thomas ait. Quare obiectiones suo ordine repellentur, ad primam respondet Thom. Caiet. rosam existentem, & non existentem non distingui in substantia rei, sed in modo entis; quia existere, & non existere sunt modi eiusdem entis: hoc tamen non probamus; de qua re erit lib. 4. differendum. Respondetur tamen facili negotio res non poni in genere propter existentiam, sed prout sunt in intellectu; ponuntur autem in genere res, quae possunt existere, siue existant, siue non existant; positio enim in genere est operatio intelligentis: vt ergo rosa sit extra genus, necesse est mente concipere rosam, quae proprie rosa sit,

Ens ad aliud non inuenitur extra genus.

Ad aliud maxime.

Obiectio ex S. Thoma.

Respond. Ad aliud reale extra genus esse dicitur, non quod ipsum, sed quod ad aliud simile extra genus sit. Declaratur exemplo.

Ad 4.

Ad aliud & in aliquo opponuntur modo intelligendi, non vero ad aliud & ens.

Ad S. Thom.

Ad vltimum.

Ad i. instantiam. Responsio Caietani.

Reijcitur.

Vera responsio. Positio in genere est operatio intelligentis.

Rosa non existens non est ens rationis; sed nihil est, & hoc nihil intelligimus, ut ens in sua causa.

Quaedam proposit. *Caiet.* explicatur.

Ad secundam. Mathematica non sunt bona, sunt tamen vera entia. Ostenditur.

Ad tertiam. Tempus si est in genere, secundum eandem rationem non est extra illud; sed secundum idem nomen æquiuocum.

Ad quartam.

Inter actionem, & relationem, discrimen.

Cōuenientia.

Ad quintam.

fit, & inter entia rationis, quæ nusquam existunt, numeratur; rosa autem nõ existens, non est ens rationis, sed nihil est, & hoc nihil intelligimus, ut ens in sua causa. Relatio autem quædam res vera est, quædam ens rationis est. Quod verò Caietanus ait relationes rationis esse veras relationes, explicandum est modalitèr, ut aiunt, hoc est, per modalem propositionem, quòd verè sunt relationes, seu quòd verum est eas esse relationes: at nõ sunt veræ relationes; verum enim extra intellectum est res existens, quo pacto relationes rationis non sunt veræ relationes. De triangulo dicimus esse ens reale, etiam in abstractione mathematica: nam etsi mathematica nõ sunt bona, quia abstrahuntur à motu, idèòque à fine; finis autem, & bonum idem sunt: sunt tamen vera entia, quia mathematicus contemplatur veram quantitatem, sola cogitatione separando illam à materia, in qua est: maximè cum in Sacramento altaris existat quantitas separata. Tempus autem si placet esse speciem quantitatis, nomen æquiuocum est: nam ut est species quantitatis, est quid continuum; ut verò est per menses, & dies distributum, est quantitas discreta, & mensura rationis, qua res emetitur. Cum ergo non conueniant in conceptu eodem, falsum est dicere, quòd tempus sit extra genus; nisi solo nomine æquiuoco, quia id quod est extra genus vocatur tempus. De actione dicendum est eam imitari relationem, eò quòd ut actio est, nihil ponit in subiecto, licèt sit in ipso agente, quasi in principio à quo emanat, ut ibidem S. Thom. docet. Sic igitur relatio, ut est ad aliud, nõ est in aliquo: sed tamè hoc est discrimen, quòd actio re vera, nõ est in agente inherens; relatio autem in subiecto, quod refert, inhæret. At verò cum S. Thomas ibidem ait solam relationem nihil ponere in subiecto, intelligendum est, nihil ponere, quod pertineat ad subiectum, ut in se est; quia aliàs ponit aliquid inherens, ad aliud tamen, ut antea docuimus ex sententia eiusdè Auctoris. Et in hoc quoque actio imitatur relationem, quia actio in subiecto, in quo inhæret, scilicèt in passo, nihil ponit. Extra genus autè nullo modo est actio, sed sola relatio extra genus inuenitur. De numero maius est dubium: dicendum verò est, quòd numerus aliquando significat

A mensuram rationis, & ita non est quid absolutum, sed relatum: aliquando verò significat ipsam rerum multitudinem in genere rei mensurabilis, ut diximus lib. 1. quo pacto est nomen æquiuocum, quia in genere quantitatis numerus est verum ens; extra quantitatem verò numerus non est ens, sed entia. Nihil ergo est, nisi relatio, quod sit in genere, & extra genus; nihil, inquam, vno conceptu vniuoco, aut saltè analogo contentum: nam æquiuoco nomine quid prohibet esse in genere, & extra genus. Quòd si obijcias ex his, quæ diximus lib. 1. nomina numerorum in angelis significare quidè plures negationes, sed per modum simplicis formæ: & ita vnum conceptum contineri nominibus analogis numerorum, quæ nomina sint communia numeris in genere, & extra genus; ut binariu esse nomen commune binario lapidum, & binario angelorum eodem conceptu. Responderetur negando eam esse analogiam vnius conceptus: nam sicut nomen, creatio, significat per modum actionis, sed non est actio significata contèta in communi conceptu actionis; cum re ipsa creatio non sit actio: ita & binarius angelorum significat quidè negationes transcendentes vno conceptu per modum simplicis formæ; sed nulla est simplex forma significata per nomen, quæ exprimat illo conceptu binarij: sicut proprio conceptu intelligitur species quantitatis, quæ binarius dicitur: & idcirco hi duo binarij non coeunt in vno conceptu communi: cum in altero inueniatur forma significata per nomen, scilicèt in binario quanto: in altero verò binario angelorum, non inueniatur forma aliqua significata per nomen binarij, sed solum per modum vnius significetur multa, ut lib. 1. declaratum est: & ita est analogum duorum conceptuum, in quo nomen solum commune est, & ratio significata diuersa. At verò relatio rationis est verè, & propriè relatio; & est relatio communis realibus, & rationis, analogu vnius conceptus. Ad vltimam impugnationem responderetur definitionem relationum, quòd sint ad aliud, posse ita explicari, ut etiam relationibus rationis coaptetur; sunt enim aliqua passionis entis, quæ non conueniunt enti rationis sub vno conceptu analogo; quia continent ipsam rationem entis, ut bonum, verum:

Numerus est nomen æquiuocum significans in quantitate ens; extra quantitatem non ens, sed entia.

Obiectio ex lib. 1. cap. 42. p. 3. n. 1.

Responsio.

In binario quanto inuenitur forma significata per nomen. In binario angelorum non sic, sed per modum vnius significatur multa.

Binarius est analogu duorum conceptuum: Relatio vnius.

Ad vltimam impugna.

Bonum, verum, non conueniunt enti rationis, nec aliud

vt similiter in-  
cludit ens, seu  
vt est passio  
entis; sed ali-  
ud commu-  
nius, pro rela-  
tione, seu rela-  
to diuersitatis.

Relatio ratio-  
nis non est ad  
rem aliam, sed  
bonè ad aliud  
relatum.

verum: verum enim apparens non est  
verum, neque bonum apparens est bo-  
num. Aliud verò, vt includit ens, est pas-  
sio entis: sed nomen hoc, aliud, cum sig-  
nificat relationem diuersitatis, potest  
conceptu communiore conuenire enti-  
bus rationis; ita vt etiam relatio ratio-  
nis sit propriè, ad aliud. Quòd si nomine,  
ad aliud, intelligas ad rem aliam; pote-  
rit adhuc definitio accommodari rela-  
tionibus rationis, hoc solum variato,  
quòd relatio rationis non sit ad rem a-  
liam, sed bonè ad aliud relatum: neque  
enim contendimus relationes rationis  
contineri definitione Aristot. sed ita ai-  
mus similitudine quadam consentire il-  
las cum relationibus realibus, vt posset  
ab vtriusq; abstrahi conceptus vnus cõ-  
munis analogus, quo possit relatio cõ-  
munis definiri, alia saltem definitione.

C A P V T V.

Quid sit verum formaliter?

Postquam comprobatum est relatio-  
nes quasdam esse vera entia, conse-  
quitur disputatio egregia: Vtrũ sint bo-  
næ, & perfectæ, quæ sunt entium affec-  
tiones? Atquè in ea controuersia nihil  
certi afferre possumus, boni, & perfecti  
rationem ignorantes. Quæ cum recon-  
dita sit valdè, & multis opinionibus pe-  
nè obruta, libuit de his affectionibus  
entis disserere, initium facientibus à ve-  
ro, studiosisque viris (ni fallimur) ope-  
raprecium facturis. Caput habet partes  
duas.

Pars prior. *Affectiones entis nihil rea-  
le addunt enti.*

Pars posterior. *Verum formalitèr est,  
quod est diuina arti conforme.*

P A R S P R I O R.

*Affectiones entis nihil reale ad-  
dunt enti.*

Ante ipsam inquisitionem veri, quæ  
est entis affectio, oportet discep-  
tare, vtrum hæ, & aliæ affectiones ad-  
dant quidpiam ipsi enti. Si enim nihil  
omniò addunt, vana videtur esse bo-  
ni, & veri inuestigatio, cum nihil distent  
ab ente.

Quidam igitur opinantur passiones,

1. Opinio

A siue affectiones entis posse esse res ab-  
solutas distinctas ex natura rei ab ipso  
ente, ita vt eę passiones sint extra essen-  
tiam entis; vt pleræque rerum natura-  
lium passiones, hominis, aut leonis, quæ  
sunt propria quadam attributa, & affec-  
tiones manantes ab essentia rei. Opi-  
nionem adscribunt Ioanni Scoto in 1.  
d. 3. q. 3. & d. 8. q. 1. & in 2. d. 3. q. 3. & 6.  
iuxta illam sententiam Aristot. 4. Met.  
c. 1. quòd Metaphysica cõsiderat ens, &  
ea quæ enti per se insunt, scilicèt passio-  
nes entis, quæ insunt enti per se: quæ  
autem insunt alteri per se, ex natura rei  
oportet esse distincta. Et cum Scoto  
sentiant qui has passiones esse res ab-  
solutas suffragantur; sed aiunt eas inclu-  
dere ipsum ens, cum & ipsæ sint entia.  
Alij arbitrantur passiones entis posse  
esse relationes reales; quæ opinio Du-  
rando adscribitur in 2. d. 34. q. 1. Du-  
randus verò in Deo ponit relationem  
boni appellatione realem, quam ait esse  
relationem rationis. Hæ autem opi-  
niones in eo consentiunt, quòd aiunt  
passiones entis indicare aliquid reale  
additum ipsi enti.

C Illud autem primùm constituendum  
est passiones entis non posse distingui  
re ipsa ab ente, si entia realia sunt. Neq;  
enim potest intelligi, quòd passiones  
sint entia realia, & quòd sint res distin-  
ctæ ab ipso ente reali: essent enim id,  
quod non essent; quia essent ens, & ab  
ente distincta quod est non esse ens.  
Præterea non solum de ente communi,  
quod clauditur in omni re, sed de ente  
distributo, de quo statim disputabimus,  
non potest defendi, quòd habeat passio-  
nes ex natura rei distinctas, scilicèt  
quòd omne ens habeat passiones à se  
distinctas; eã enim distributione com-  
prehenditur Deus, qui non habeat attri-  
buta ex natura rei distincta, vt lib. 1. de-  
cretum est. Sed & modi rerum vltimi,  
qui sunt vera entia, non habent passio-  
nes, siue affectiones ex natura rei distin-  
ctas: aliàs faceremus infinitum proces-  
sum: nam & ille affectiones essent entia,  
quæ alias haberent affectiones: non er-  
gò omne ens habet affectiones ex natu-  
ra rei ab ipso ente distinctas.

D Secundo dicendum est passiones en-  
tis non esse res absolutas additas enti:  
nam eæ passiones definitione, & ratio-  
ne formali discernuntur ab ipso ente, vt

Bbb 4

omnes

Adscribitur  
Scoto.  
Fundamentũ  
Ex Aristot.

2. Opinio  
Scoti.

3. Opinio  
adscribitur  
Durando.

4. Opinio  
Durandi, &  
vera.

3.  
1. Conclusio.  
Probatur 1.

Probatur 2.

Nò omne ens  
habet passio-  
nes à se distin-  
ctas.

Sic Deus.

Sic modi rerũ  
vltimi.

4.  
2. Conclusio.

Probatur.

In rebus creatis saltem absolutis, quæ sunt definitione discreta sunt etiam ex natura rei distincta.

5.  
3. Conclusio.

Probatur 1.

S. Thom.

Confirmatur.

Probatur 2.

In transcendētibz non est distinctio formæ, & habētis formam.

Confirmatur.

6.  
Obiectio.

Responsio.

7.

Dubium, utrū ens distributū, seu omne ens saltē creatū, sit per se relatum relatione reali veri, & boni?

Pars affirmās ostenditur 1. exemplo existentie.

omnes consentiunt: at verò in rebus creatis, quæ sunt definitione discreta, sunt etiam ex natura rei distincta. Res autem existentes absque vlla quapiam adiectione sunt veræ, & bonæ; ergo verum, & bonum, & aliæ passiones entis non sunt res absolutæ. Probatur consequētia, quoniã res absolutæ, quæ definitione differunt, differunt ex natura rei: quicquid sit de relatiuis. Nam in absolutis hoc perspicuum est.

Tertiò certissimum est, relationem realem non esse passionem entis. Probatur, quoniam relatio est quoddam ens; est igitur pars subiecta enti, vt species generi, & particulare vniuersali; ergo non est passio, quæ est adæquata enti. Conclusionem autem istam, & argumētum accepimus à S. Thom. q. 2. de veritate art. 1. Et confirmatur, quia si ens vt sic, est relatum aliqua relatione reali; ergo omne ens vt sic, est reali relatione relatum: essentia ergo diuina, quæ est ens, reali relatione est relata, quod postea confutabimus. Et iterum arguitur, quoniam si ens, vt ens, est relatum; est etiam ens vt ens, ipsa relatio; in transcendētibz enim non est distinctio formæ, & habētis formam. Et probatur, quoniam iam ostendimus ab ente nihil esse re ipsa distinctum; ergo si ens, vt ens, est relatum; ens, vt ens, est relatio; & ita omne ens erit relatio; & nullum erit ens absolutum: nulla ergo passio entis addit relationem realem.

Quòd si obijcias eodem argumento confici, vt passio entis non addat relationē rationis. Negandum est; nec enim sequitur ex eò, quòd ens, vt ens, sit relatum relatione rationis, quòd ens sit ipsa relatio rationis; cum relatio rationis nō sit ens, neque numeretur inter transcendētia, vt possit de ente prædicari relatio rationis nomine abstracto.

Sed suboritur hic dubium, nam etsi comprobatur sit passionem entis non addere enti relationem realem; non tamen eo argumento conuincitur, quin de ente distributo, saltē de ente creato, possit per se prædicari realis relatio; ita vt omne ens sit per se relatum reali relatione veri, & boni: neque enim conuincitur ex hoc, quòd relatio est quoddam ens, quin possit prædicari de omni ente; de se ipsa autem per identitatem: sicut omne ens productum actu

existit; ipsa autem existentia (vt aiunt) per se ipsam. Quo eodem modo interpretanda est quorundam opinio apud Paulum Soncin. 4. Metaphysic. q. 19. dicentium bonum esse qualitatem, & esse verum accidens; quia scilicet videbantur opinari de ente distributo, hoc est, de omni ente, posse prædicari quoddam ens, siue absolutum, siue relationem. Et ita Durand. d. 34. ait bonum conuerti cū ente sola denominatione, quia quicquid est ens, est bonum. Nihil ergo prohibet ens determinatum, & concretum esse affectionem entis cōmunitate prædicationis adæquatum, vt cernimus in exemplo creaturæ, quæ est relatio communis omni enti extra Deum: & hæc est per se, Omne ens extra Deum est creatū.

Dicendum tamen est cum S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. & alijs in locis frequenter, nullum ens determinatum esse affectionem entis communis. Nam exemplum, quod attulimus de relatione creaturæ, non quadrat; ens enim extra Deum iam est determinatum, ratione cuius determinationis potest illi esse relatio aliqua communis. Sed neque relatio creaturæ communis est omnibus entibus extra Deum: nam relationes ipsæ reales sunt entia creata, sed non referuntur alijs relationibus realibus. Præterea entia minutissima, & modi entium sunt quidem vera entia; & tamen verisimile non est esse relata reali relatione: neque partes continui, vt docuimus, referuntur relatione reali: sed hæc omnia dicuntur creaturæ relatione rationis, Sola est existentia, quæ cum ente conuertitur, & recurrit; sed tamen ea non est passio entis, quia non conuenit per se enti finito. Præterea si discernamus ens in id, quod est ens in potentia, & ens in actu, existens quod est ens in actu, non æquè commune est, vt ens cōmune quod complectitur etiam ens in potentia: conceptu enim communi dicimus ens, quod est, vel potest existere; & ita Antichristus, cum nihil sit, est tamen ens, quia est ens in potentia. Cum hoc ergo ente communi non conuertitur existens, quia Antichristus est ens, & nō est existens. Nulla ergo res particularis est, siue absoluta, siue relata, quæ sit entis affectio etiam prædicatione cōmunis, vt Durandus vult. Certum etiã est argumentum, quod proposuimus, e-

uincere

ni ratiōnē vt  
Similis opinio  
quorūda apud  
Soncin.

Durand.

Ostenditur 2.  
exemplo creaturæ.

8.  
S. Thoma  
Resolutio ne-  
gat.  
Ad exemplum  
creaturæ  
1. Respons.

2. Respons.

Relationes rea-  
les, modientiu,  
& partes conti-  
nui dicuntur  
creaturæ rela-  
tione rationis.

Ad exemplum  
existentie  
1. Respons.  
Existentia nō  
cōuenit per se  
enti finito.  
2. Respons.

Antichristus  
cum nihil sit,  
est tamen ens,  
scilicet in po-  
tentia.

Probatio reso-  
lutionis vt ex  
superioribus.

Indicatur 1.

vincere, quòd de ente, vt ens est, nò prædicatur aliquid reale quod addatur enti, siue sit relatio, siue absolutum: quòd autem non prædicatur de ente, vt ens est, non est passio eius.

9. Indicatur 2.

Præterea misso argumento, re ipsa nihil est reale in passionibus entis, quod prædicetur de omni ente, & ab ente distinguatur ratione formali: non absolutum, vt probatum est. Sed neque relatio, quia de Deitate nulla relatio realis prædicatur: quare neque de omni ente relatio realis dicitur. Sed neque de omni ente creato, vt probatum est: nulla igitur passio entis indicat reale quiddam, quod in omni ente inueniatur, præter ipsam rationem entis.

10. 4. Conclusio. Passiones entis adduntenti negationem, vel relationem rationis. Ostenditur.

Est igitur contraria, eaque receptissima sententia, quòd passiones entis nò addant enti aliquid reale; sed vel negationem, vt vnum, vel relationem rationis: cum enim hæc passiones non addant enti aliquid reale; & necesse sit, vt aliquid addant, quo discernantur ab ente, cuius sunt passiones; addunt aliquid ratione inuētum, vel negationem, vel relationem rationis. Et hæc est sententia S. Thomæ de verit. q. 21. art. 1.

S. Tho.

11. Duplex questio excitatur.

Sed hinc excitantur quæstiones duæ. Altera est, an hæc relationes additæ his nominibus veri, & boni, sint relationes rationis? Altera, vtrum nomina hæc, verum, & bonum, vt sunt affectiones entis, significant relationes rationis, idq; formalitèr.

12. Resolutio prima. Relationes conformitatis ad diuinum intellectum, & voluntatem significantæ per verum, & bonum, sunt reales. Probat.

1. Obiect.

Quoad primum constituendum est id, quod hoc cap. certius faciemus, relationes, quæ indicantur in vero, & bono esse eas, quibus res creatæ conformantur diuino intellectui, & voluntati: eæ autem cū sint relationes mēsurabilis ad mensuram, videntur esse reales, si extrema, siue subiecta relata sint perfecta entia, vt substantiæ creatæ. Sed huic positioni duo obstant: Primum, quòd positus iisdem fundamentis in vtroque relato, & iisdem conditionibus fundandi, non videntur posse sequi in eodē subiecto relationes specie, numeroque distinctæ; sed relatio creaturæ fundatur in ipsa tota hypostasi creatæ; in qua etiam fundantur relationes conformitatis ad intellectum, & voluntatem diuinam; & nò sunt ibi conditiones fundandi distinctæ, quæ sint reales: at verò ex altera parte Deitas est res simplex, ad quam istæ rela-

**A** tiones referuntur; ergò non sunt aliæ relationes reales, nisi illa prior relatio, quæ est creaturæ ad creatorem. Præterea hæc relationes consequuntur sese ordine quodam; & ita oporteret primam relationem esse causam secundæ: relatio autem non est causa relationis, sicut neque est illius fundamentum; ergo relationes posteriores, quæ sunt conformitatis ad intellectum, & voluntatē diuinam, non sunt relationes reales, sed rationis. Idem probant nonnulli, & erit argumentum tertium: nam res creatæ comparantur cum ideis diuinis, vt cum exemplari; relatio autem ad exemplar non est realis; exemplar enim est causa specificans, quæ non est causa realis: ergo exemplatū non pendet ab illa, neq; refertur ad illam relatione reali; sed solum ad agens, quod simul dat speciem, & existentiam. Et confirmatur, quia relatio imaginis ad exemplar fundatur in actione, quæ est causalitas agentis: ergo duntaxat ad agens refertur reali relatione.

**B**

**C**

**D**

Nihilominus tamen hæc relationes videntur esse reales; sunt enim relationes mensurabiles ad mensuram, & sunt relationes eius rei, quæ ab alia pendet, vt docet S. Thom. de relatione veri 1. p. q. 16. de bono autem postea dicemus: ergo sunt relationes reales. Mirum enim est, quòd relatio, qua artefactū pendet ab intellectu creato pratico sit realis; ea verò, qua res pendet à diuina arte, non sit relatio realis. Præterea his relationibus nihil deest quo minus sint reales, siquidē relata sunt distincta; fundamenta realia; neque conditio fundandi est speculatio rationis; neque est defectus ordinis, quia creaturæ sunt per se ordinatæ ad intellectum diuinum practicum, & ad voluntatem diuinam; ergo sunt reales relationes. Certè incredibile est, quòd ex omnibus relationibus, quibus res creatæ ad Deum referuntur, sola prima sit realis, cæteræ sint rationis: neque est ratio vlla, quæ nos ad hoc credendum impellat inuitos. Et hæc est sententia Francisci Ferrar. lib. 1. contra gent. cap. 60. Ioann. etiam Capreol. d. 19. q. 3. & Pauli Soncinnatis lib. 6. Metaphysic. q. 17. & aliorum.

Obiectionibus autē videtur posse fieri satis; priori, negando illud necesse esse, vt fundamenta, aut conditiones fundandi

2. Obiect.

3. Obiect.

Confirmatur.

13. Resolutiois probatio corroboratur. 1.

S. Thom.

Relatio qua artefactum pendet ab intellectu creato pratico est realis. Secundo

Ferrar. Capreol. Soncin.

14. Ad obiectiones ad 1.



Idem fundamē  
tū in subiecto  
eodem possunt  
sequi relatio-  
nes distinctæ  
etiā relatæ ad  
eūdem termi-  
num absolutū.

In Deo poten-  
tia, sciētia pra-  
ctica, & volitio  
diuina, quā  
uis sint res v-  
na, possunt ter-  
minare relatio-  
nes creatas re  
ipsa distinctas,  
seruitutis, mē-  
surati, & crea-  
tura.

Ostenditur  
exemplis.

Hæ relationes  
non terminā-  
tur ad attribu-  
tæ distincta.  
Ratio.

15.

Sunt re ipsa  
distinctæ per  
proprias differ-  
entias, vt res  
absolutæ.

16.

Ad 2. Respōd. 1.  
vnā relationē  
mediante alia  
effici à funda-  
mento, esseque  
inter illas ordi-  
nem naturæ.

dandi in eodem subiecto, siue extremo  
sint distinctæ; sicut enim ab vna essentia  
rei simplicis oriuntur plures effectio-  
nes ad rem ipsam conducentes: ita &  
idem fundamentum in subiecto eodem  
possunt sequi relationes distinctæ, etiam  
relatæ ad eūdem terminum absolutum.  
Exemplum est, nam calor refertur ad  
calorem productum relatione causæ, &  
relatione similitudinis: verum est quod  
est ibi distincta conditio fundandi; sci-  
licet actio, qua vnus procedit ab alio, in  
qua fundatur relatio causæ; & vnitas, in  
qua fundatur relatio similitudinis. Sed  
in Deo sunt fundamenta realia distin-  
ctarum relationum, scilicet potentia, in  
qua fundatur relatio dominij; scientia  
practica, in qua fundatur relatio men-  
suræ; & actio creandi, scilicet volitio  
diuina, in qua fundatur relatio creato-  
ris: quæ etsi in Deo sint res vna infinita,  
possunt terminare relationes creatas  
re ipsa distinctas; siquidem hypostasis  
diuina terminat immediatè vnionem  
naturæ assumptæ, quam non terminat  
immediatè natura diuina; quamuis hy-  
postasis, & natura diuina sint res eadem;  
item vna hypostasis diuina potest ter-  
minare multas humanitates. Nihil ergo  
mirum, quod relationes creatæ re ipsa  
distinctæ terminentur ad attributa diui-  
na, quæ sunt diuina essentia, etsi sint res  
vna, non plures: Non tamen terminan-  
tur ad attributa vt distincta; quia distin-  
ctio est in solo intellectu, & non est cō-  
ditio fundans relationem realem.

Præterea dicimus, ad hoc vt relatio-  
nes creatæ sint re ipsa distinctæ, non o-  
pus esse, vt fundamenta, aut conditio-  
nes fundandi sint distinctæ; sed satis ef-  
fe, vt ipsa fundamenta, & conditiones  
fundandi existant in re ipsa; & non in  
sola operatione intellectus: nam etsi eæ  
relationes orientur ab vno fundamen-  
to, & causa; habent naturā suā, quibus  
distinguantur, scilicet proprias differē-  
tias, quibus opponuntur formaliter, vt  
ceteræ res absolutæ; ita enim opponun-  
tur relatio creaturæ, & seruitutis, sicut  
albedo, & calor; & sicut similitudo, &  
Paternitas.

Ad secundum quod obijcitur, respō-  
demus; quod etsi vna relatio non fundet  
aliam; potest tamen esse aliquo modo  
causa illius, scilicet ordine naturæ, qua-  
tenus vna consequitur aliam: fundare

**A** enim est ita causare, vt relatio insit fun-  
damento, & illi cohareat, & in eo susti-  
neatur. Et ideo vna relatio non potest  
sustinere aliam: sed nihil prohibet à  
fundamento reali, & absoluto vnā re-  
lationē per aliam derivari ordine quo-  
dam naturæ; ita vt vna ad aliam habeat  
aliquam efficientiam: eo enim modo,  
quo relatio potest produci, potest etiam  
interesse ordine naturæ ex parte pro-  
ducentis, vt res media producta, quæ a  
aliquo modo concurrat ad relationē con-  
sequentem producendam. Sed respon-  
detur secundo, eum ordinem relationū  
consequentium esse in solo intellectu; re-  
verò ipsa vnā relationem non deri-  
uari à fundamento per aliam relationē  
mediam; sed singulas oriri immédia-  
tè à fundamento, etsi habeant inter se  
ordinem rationis, non naturæ.

**B** Ad tertium respondetur negando, re-  
lationem imaginis ad exemplar, quod  
est in mente, non esse realem; sicut &  
cætera artefacta relatione reali refe-  
runtur ad ideam artificis, à qua pen-  
dent: est enim hæc relatio mensurabilis  
ad mensuram, quam omnes fatentur ef-  
fe realem. Et cum obijcitur, causam spe-  
cificantem nō esse causam realem. Hoc  
lubentes cōcedimus; neque enim rela-  
tio artefacti ad ideam est relatio effec-  
tus ad causam, in qua re videntur illi  
esse hallucinati. Relatio autem mensu-  
rabilis in hoc est constituta, quod esse  
intelligibile imitetur esse naturale; aut  
etiam esse naturale imitetur esse intel-  
ligibile; & quia hæc imitatio est deficiēs,  
est relatio non mutua defectu ordinis;  
quæ est ipsa relatio scientiæ ad scibile,  
quā omnes vno ore approbant esse rea-  
lem. Ad confirmationem respondetur  
hanc relationem nō fundari in actione,  
sed in ipsa rei entitate, prout suapte na-  
tura ordinatur ad aliud, eique confor-  
matur: & ita sciētia angelorum quæ nō  
hauritur à rebus cognitis, mensuratur  
tamen illis, & refertur ad illas relatione  
reali.

**C** Quidam probant relationes has con-  
formitatis nō esse reales, quia ab æter-  
no sunt rationis, & fundantur in esse po-  
tentiali creaturarū. Sed iam docuimus  
nos nō trāsferre relationes rationis in  
reales; sed eæ, quas rebus actu existen-  
tibus nihil prohibet esse reales, ante exi-  
stentiam rerum possunt mente concipi,

vt &

Respond. 2.  
singulas rela-  
tiones oriri im-  
mediatè à fun-  
damēto, esseq;  
inter illas solū  
ordinem ratio-  
nis.

17.  
Ad 3.  
Relatio ima-  
ginis ad exem-  
plar est realis  
relatio, non ef-  
fectus ad cau-  
sam, sed men-  
surati ad men-  
suram.

Ad confirm.  
Hæc non fun-  
datur in actio-  
ne, sed in ipsa  
rei entitate or-  
dinata suapte  
natura ad a-  
liud.

18.  
Obiectio  
Fons. 4. Mt.  
c. 2. q. 6.

Soluitur vt su-  
pra.

vt & res ceteræ absolutæ; & per quamdam conuenientiam prædicari de rebus non existentibus, vt ceteræ passiones. Et ita negamus eas relationes veri, & boni suapte natura fundari in potentia, sed in actu existentibus: ante quorū existentiam intelliguntur ipsæ relationes in potentia causæ, in qua sunt etiam relata.

Quod si constituamus, relationes conformitatis ad intellectum diuinum, & voluntatem, in rebus creatis absolutis, & perfectis esse reales; hoc iam quaeritur vtrum verum; & bonum, vt sunt passiones entis, addant relationem realem, an rationis? Et quidem quod non addant relationem realem, ex eo liquet, quia non omnis conformitas entis ad intellectum, & voluntatem diuinam, est realis; siquidem Deitas ipsa non habet eam relationem conformitatis, quæ est propria creaturæ, vt postea explicabimus: sed neque omnes res creatæ eam habent, sed solæ res absolutæ, & perfectæ. Non est ergo relatio illa realis adæquata entis, vt passio eius sit. Ex quibus colligitur secundo loco relationes has, quas verum, & bonum addunt enti, esse relationes communes realibus, & rationis; siquidem hæ relationes in rebus quibusdā sunt reales, in alijs verò sunt relationes rationis: ergo communi conceptu abstracto à singulis, hæ relationes, quas verum, & bonum indicant, complectuntur reales, & rationis; & hoc videtur esse ijs, quæ disputauimus, cōsentaneum. Qua in re per oscitantiam lapsi sunt Thomistæ commemorati: eò quod hæ relationes in rebus aliquibus sunt reales, rati relationes veri, & boni in communi esse reales.

Sed videtur huic sententiæ refragari S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. vbi semel, atque iterum affirmat has relationes additas enti esse rationis tantum; & eadem est opinio Thomæ Caietani 1. p. q. 54. art. 2. & Pauli Soncin. 4. Metaph. q. 1. ad 2. quam postea sapius firmat, & aliorum Thomistarum communior.

Ad hoc respondetur primò, quod S. Thomas eo loco verum, & bonum comparat cum intellectu nostro, & voluntate, in ratione perficientis, vt postea dicemus: atquæ ex ea comparatione relationes solius rationis sequuntur, & nullæ reales; quare meritò dixit, eas esse

rationis relationes, in ea scilicet comparatione. Alijs verò in locis, quibus hæc comparat cum intellectu, & voluntate diuina, asserit quidem non esse reales relationes, quæ enti adduntur, vt & nos docuimus; sed non affirmat esse relationes rationis. Secundò respondetur quod relatio rationis potest dupliciter intelligi, vel quod sit tantum in ratione, siue in intellectu cogitante; quo sensu relationes reales non existentes, sunt rationis, hoc est, in sola ratione sunt: & sensu eodem necesse est confiteri argumento ibi proposito, relationes additas enti esse in sola ratione; quia sunt relationes abstractæ à realibus, qua abstractione in solo intellectu sunt. Alio modo dicuntur relationes rationis, quæ non sunt reales, & sunt pars subiecta relationis communis, quæ diuiditur in realem, & rationis. Quo pacto nō potest verè dici relationes additas enti esse solius rationis, cū eæ relationes sint communes, & complectantur etiam reales. Sed neque argumentū S. Thom. id cōcludit: non enim colligitur ex eo, quod non sunt reales, quod sint rationis; siquidem possunt esse ab vtrisque abstractæ: ergo in eo sensu interpretandus est S. Thom. quo sensu argumentum concludit esse relationes rationis, hoc est, ratione conceptas, & abstractas, quibus possint contineri relationes reales.

Reliqua est disputatio altera, vtrum verum, & bonum significant formalitèr ipsas relationes conformitatis ad intellectum, & voluntatē? Videtur enim hæc nomina connotatiua esse (vt aiunt) quæ significant formam quasi adhærentem subiecto; in his autem forma significata est relatio; ergo significant formalitèr relationem. Et hoc idem videtur persuaderi, quia forma significata per nomen, est id, quo rem significatam distinguimus; quod enim distinguit, forma est: verum autem, & bonum distinguuntur ab ente his relationibus; ergo hæ relationes significantur præcipuè his nominibus. Et hoc videtur sentire S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. & alijs in locis, quibus docet rationem veri sitam esse in ipsa adæquatione rei, & intellectus.

Variè feruntur sententiæ à doctoribus de re proposita: Quidam aiunt hæc nomina, verum, & bonum, significare formalitèr

voluntate in ratione perficientis.

Secundò.

Relatio communis per rationem abstracta à realibus, & rationis, vocatur relatio rationis à S. Thom. ostenditur.

22.

2. Questio quo ad posteriorem partem

1. Sent. est hæc nomina, verum, & bonum, significare formalitèr relationes. Probat 1.

Secundò.

Tertiò ex S. Thom.

23.

2. questio quo ad priorē partem.

Resolutio.

Relatio veri vt est passio adæquata entis, cōplectitur relationem reale, & rationis: Similiter relatio boni. Ostenditur.

Thomistæ supra citati in hoc lapsi.

20. S. Thom.

Caiet. Soncin.

21. S. Thomas explicatur 1. Verum, & bonum sunt relationes rationis in comparatione cū intellectu nostro, &

2. Sent.  
Iudicatur in-  
credibilis.

3. Sententia  
& vera.

24.

Probatur 1.  
Veritas, & bo-  
nitas sunt rea-  
lia entia, & rea-  
les cōformita-  
tes, esto relatio-  
nes sint ratio-  
nis.

Sic cecitas, sic  
similitudo in-  
ter diuinas per-  
sonas est realis:  
Quatenus ni-  
mirū hęc sunt  
rebus simpli-  
citer cōuenien-  
tia.

Aristot.  
S. Thom.

25.

Probatur 2.

Maximè cerni-  
tur in bono.

S. August.

Aristot.

S. Thom.

Confirmatur.

formaliter relationes. Alij aiunt signifi-  
care simul relationes & ens; quod est  
incredibile, si vtrūq; dicatur esse prę-  
cipuam significatum: quia essent com-  
positę significationis nomina significā-  
tia simul duo duobus conceptibus. Alij  
aiunt significari his nominibus in recto  
ipsum ens, & relationem in obliquo.  
Quod vltimum nobis placet, si recte ex-  
plicetur.

Primum, quia passiones entis non  
sunt entia rationis, quę solā rationis cō-  
sideratione enti cōueniant, cum de en-  
te demonstrantur in Metaphysica dis-  
putatione, quę est realis scientia de re-  
bus. Quare meritō quidē hęc ipsę rela-  
tiones possunt dici realia entia, quia sim-  
pliciter enti cōueniunt: qua significa-  
tione cecitas est ens reale; & similitudo  
inter diuinas personas est realis; & cō-  
formitas rerum ad intellectum diuinū,  
etsi in rebus quibusdam non sit relatio  
realis, est tamen realis conformitas.  
Itaque relationes enti additę his no-  
minibus veri, & boni, inter entia realia  
computanda sunt; inter ea, inquam, en-  
tia, quę dicuntur realia, non quia in re-  
rum natura existunt, sed quia rebus sim-  
pliciter cōueniunt. Quę diuisio entis  
realis tradita est ab Aristot. 5. Metaph.  
tex. 14. Et à S. Thom. elucidatur 1. p. q.  
48. art. 2. ad 2. & in 1. d. 19. q. 5. art. 1.  
ad 1.

Præterea Theologi, & Patres ita lo-  
quuntur de veritate, & bonitate rei, vt  
ipsa veritas, & bonitas sit maxima rei  
perfectio; quod in hoc cap. & sequenti  
videre licebit frequentissimè: ergo his  
nominibus non intelligunt relationes  
ipsas conformitatis ad intellectum, &  
voluntatē; sed præcipuè res, quę intel-  
lectui, & voluntati sunt conformes. Ma-  
ximè verò hoc cernitur in bono, quod  
S. August. ait esse ad se, hoc est, esse ab-  
solutum: & Aristot. ait bonum esse in  
rebus: & S. Thom. sapius docet bonum  
esse id formalitèr, quod appetimus. Nō  
est ergo bonitas formaliter relatio solā  
ratione concepta, sed vera entitas. Et  
hoc confirmatur, quia cum recte possi-  
mus explicare rationem veri, & boni cū  
his relationibus coniunctam; ita tamen  
vt hęc relationes non sint forma signifi-  
cata per nomen: ea ratio opinandi vi-  
detur esse magis consentanea, qua scili-  
cèt verum, & bonum dicamus esse ens

A ipsum reale verum, & existens, & non  
esse solū in ratione considerante. Cō-  
firmatur adhuc auctoritate S. Thom. in  
hanc sententiam propendentis.

Oportet igitur rem sic explicare, vt  
id, quod hęc nomina significant, non sit  
relatio, sed ens; & tamen simul indice-  
tur relatio. Sanè, quia hęc passiones so-  
la relatione distinguuntur ab ente; indi-  
catur relatio in obliquo: sed non sicut  
nomine scientię; nam scientia significat  
aliquid absolutū, quod sine relatione nō  
potest explicari; & ita relatio illa sequi-  
tur modū intelligendi: at verò ens recte

Bi potest explicari nomine ipso, & notio-  
ne entis, absque relationibus istis addi-  
tis: ergo nomē, verum, aut bonum non  
ita significat relationē in obliquo, quia  
significet ens, quod sine his relationibus  
non possit intelligi. Alius ergo modus  
significandi quærendus est, quem non e-  
rit difficile inuenire. Dicendū est enim,  
quod veritas est ipsa entitas rei intelle-  
cta in ordine ad intellectum diuinum,  
cui conformatur; non quod non possit  
sine illo ordine intelligi; sed quia hoc  
nomen, veritas, est impositum ad signi-  
ficandam entitatem rei sic cognitam: si-  
cut etiam eadem entitas bene potest  
intelligi sine relatione cōuenientię, &  
negatione quę est ratio vltimi; sed  
tamen entitas sic cognita significatur  
nomine perfectionis, vt docebimus. Et  
sicut relatio cōuenientię nō est forma  
significata per nomen perfectionis, sed  
modo significandi indicata; ita relatio  
cōformitatis non significatur nomine  
veri formalitèr, sed modo significandi  
designatur.

Quęstio igitur hęc est de nominis sig-  
nificatione, scilicet, Vtrum hoc nomen,  
verum, significet relationē formalitèr,  
aut illam indicet solo modo significan-  
di. Hęc autem pars posterior, data op-  
tione, eligitur, quia videtur esse aptior  
disputationi metaphysicę; & ita viden-  
tur loquuti sapientes, cum de vero, &  
bono instituere disputationes. Quod cō-  
firmatur auctoritate S. Thom. de verit.  
q. 1. art. 8. vbi sic ait. *Veritas rerum exi-  
stentium includit in sui ratione entita-  
tem earum, & superaddit habitudinem  
adaquationis.* Non potest autem inclu-  
di entitas, & relatio simul, nisi relatio  
addita in obliquo designetur, vt statim  
explicabimus. Et idem docet clariùs

1. p.

S. Thom.

26.

Explicatur ve-  
ra sent.

Nomine veri,  
& boni indica-  
tur relatio in  
obliquo, sed  
nō sicut nomi-  
ne scientię.

Nomen, veri-  
tas, est imposi-  
tū ad significā-  
dā entitatē rei  
intellectam in  
ordine ad in-  
tellectum diu-  
inum.

Tamen ea entitas se ipsa ab-  
solute tali ordine est  
intelligibilis.  
Sic nomē, per-  
fectio,

27.

Confirmatur.

S. Tho.

S. Hilar.

1. p. q. 16. art. 3. ad 6. vbi affirmat non posse apprehendi verum, quin apprehendatur ratio entis, & quod ens cadit in apprehensione veri. S. Hilar. etiã lib. 5. de Trinit. *Perime (inquit) aqua quod aqua est, & per idẽ poteris abolere, quod vera sit.* Quibus significat entitatem rei includi in ipsa ratione veri, qua manẽte nõ possit aboleri verum. Et idẽ est de ratione formali boni, quod includit ens.

Ad rationes 1. sent.

Ad 1. In vero, & bono connotatiuis satis est re significatã significari vt formam, licet forma non sit.

Veritas est entitas cõformis,

Ad 2.

Verum & ens distinguuntur nõ vt omninõ separata, sed vt includens, & inclusum; sic perfectio, & actus, actio & motus.

In his relationes distinguẽtes significantur in obliquo.

Aristot.

Ad 3. S. Thom.

Parui autẽ momenti sunt, quẽ pro aduersis partibus proposuimus; fatemur enim hæc nomina esse cõnotatiua, siquidem sunt adiectiua: sed non cõsequitur, vt forma significata sit relatio: sed forma significata est ipsũ ens, siue entitas; modus enim significandi grãmaticus nõ ostẽdit rem significatam esse formã, sed significari, vt formam. Quare negãdum est, quod veritas formaliter sit cõformitas, sed veritas est entitas cõformis: aliquando verò licebit vsu loquendi conformitatem accipere pro ipsa entitate conformi. Quod verò secundo loco obijcitur facile est refellere: concedimus enim has passiones entis distingui ab ente ratione formali, & definitione, & iterũ distingui solis relationibus mente cõceptis: sed negamus consequentiã, quod relationes formaliter significẽtur in recto; sed satis est, quod designẽtur modo ipso significandi in obliquo; sicut perfectio distinguitur definitione ab entitate quapiã, siue forma; & nihil addit nisi relationem; & tamen relatio illa solo modo significandi indicatur, vt diximus. Hæc enim distinguuntur, non vt omninõ separata, sed vt includens, & inclusum; sicut etiam actio, & motus; & idẽ distinguẽtia non significãtur in recto, & formaliter; entitas enim, siue forma, & ex parte altera relatio conuenientiẽ, si designentur in recto, & formaliter, nõ sese includunt: perfectio autẽ includit formaliter ipsam entitatem; & addit relationẽ cõuenientiã, solo modo significandi. Et actio similiter includit motum, & addit, modo significandi, relationem. Cum igitur has passiones non extrahamus à natura entis, quod docet Aristot. 4. Met. c. 2. de ente, & vno; necesse est relationes additas solo modo significandi designatas esse. Et idcirco hæc sententia magis nobis placet. At verò S. Thom. q. 21. de verit. voluit ostendere in quo distingueretur verum ab ente, quã distinctio sita

A est in relatione conformitatis, quam addit verum ipsi enti; sed minime docuit eam conformitatem esse formam significatã per nomen. Quod etsi hoc ipsũ dixisset, cũ quẽstionẽ istam ibi nõ tractet, posset explicari, quod significatur quidẽ ea relatio nomine veri, sed in obliquo.

SECUNDA PARS.

Verum formaliter est, quod est diuina arti conforme.

B DE vero differendum est prius, quod ordine cognitionis antecedit bonum; de vtroq; autem id solũmodo disputandum: Quã ratione inter passiones entis numerentur? sunt enim quẽstiones aliã de vero, & bono, quas tractabimus tomo 2. de scientia, & voluntate Dei.

C Opinio est noua Thomistarũ assertentium, verũ esse quid absolutũ sola ratione formali distinctũ ab ente: quod credunt posse firmari autoritate S. Tho. q. 16. & de verit. q. 1. art. 8. Ratione autẽ cõprobant, eò quod veritas sit perfectio maxima: & quia omnes res se ipsis sunt veræ; & nõ relatione ad aliud. Hæc autẽ in argumentis refellendis expendẽtur.

D Ista opinio aduersatur imprimis doctrinã S. Tho. de verit. q. 21. art. 1. vbi cõmonstrat passiones entis nõ posse addere enti, nisi relationẽ rationis; quã parte antecedenti huius capituli ostẽdimus. Præterea in rebus creatis duæ rationes formales distinctæ, & absolutæ indicant distinctionẽ aliquã in re ipsa; ergo in ipsis aliud est ens, & aliud verũ, quod est impossibile, cũ & ipsum verũ sit ens. Et adhuc idẽ probatur in notionibus cõmuni bus: nã si ratio veri distinguitur ab ente penes absolutũ reale; illud absolutũ, vt sic cognitũ, non est ens; quod est impossibile: cũ ens sit primũ cognitũ in omni cognito inclusum, vt docet creberrimẽ S. Thom. Fieri igitur non potest, vt verũ significet aliquid absolutũ, quod per absolutũ distinguatur ab ente. Benẽ autem concedimus, imò existimamus verũ significare ipsum ens conceptu absoluto, addita in obliquo relatione, qua sola adiectione ab ente distinguitur.

Vbi etiam aduertendũ est, quod ens non significat absolutũ; neq; enim esset illud cõmune, cum relatio sit ens, & nõ sit absolutũ; sed significat quid cõmune, absoluto

1. opinio Thomistarum noua. S. Thom.

Probatur 1. Secundo.

3. Aduersatur S. Thom.

Improbatur 1.

Confirmatur improbatio.

4. Improbat 2. Ens non significat absolutũ, sed quid cõmune absoluto cõceptu.

Sic verū, &c.

3.  
2. opinio recēs  
Soar. disp. 8.  
sect. 7.

Iudicatur im-  
probabilis.  
1. Impugnatio,

Secunda.

3. & efficax.

Hæc opinio  
conficta vt de-  
uitet relatio-  
nes ad intelle-  
ctū, in eas inci-  
dit, & multi-  
plicat.

4.  
3. opinio.

Heru.

Durand.

In hac opinio-  
ne duō relata  
conformia sūt  
res secundum

absoluto conceptu. Vnde etiam peti-  
mus argumentū contra opinionē con-  
trariam; oportet enim, vt quandam ra-  
tionem veri assignemus, quæ neque sit  
absolutum, neque relatum; sed sit quid  
cōmune reale, & abstractum, quod nihil  
potest fingi, nisi ens ipsum, quod est pri-  
mum cognitum in rebus.

Aliud est recens inuentum opinionis,  
huic proximum: quod verum non signi-  
ficet absolutum, neq; relatum; sed nega-  
tionem quandam, vt dicatur verū, quod  
non est fictum. Quæ opinio omni ex par-  
te est improbabilis. Primum, quia cōmu-  
ni hominum intelligētiæ aduersatur; cū  
enim verum quid dicimus, nō negamus  
remouendo, sed ponendo veritatem af-  
firmamus: Doctorum verò, & Philoso-  
phorum nullus dubitauit esse positiuū.  
Præterea esse aliquid confictum, est sola  
denominatio rationis; cuius negatio, sci-  
licet non esse fictum, non est realis ne-  
gatio; ergo non est passio entis. Deinde  
esse fictum dicit relationē ad intellectū;  
imò ad intellectum falsum, quem ante-  
cedit intellectus verus. Et illud fictum,  
quod est relatio ad intellectū falū, ante-  
cedit negationē remouentē, scilicet, nō  
fictū. Hæc ergo opinio, dum deflectit à  
cōmuni sensu eo consilio, vt in ratione  
formali veri, deuitet omnes relationes  
conformitatis ad intellectum; in eas in-  
cautē incidit, & multiplicat, vt compro-  
barum est. Nihil ergo habet credibilita-  
tis opinio ista.

Omnes igitur Doctores consentiunt  
rationem veri petendam esse à quadam  
cōparatione rei cū intellectu. Sed tamē  
Durand. & Heru. existimant eam rela-  
tionē cōformitatis, quæ reperitur in ve-  
ro, non esse referendā ad intellectū, ita  
vt ens verū, & intellectus sint relata; sed  
vnamquamq; rem sibi ipsi esse confor-  
mem, prout est intelligētis obiectū. Nā  
Heruæus quodlib. 3. q. 1. art. 2. & 3. ait  
rem quampiā esse veram, si comparatur  
secundū suū esse naturale ad se ipsā se-  
cundum esse cognitum, & sibi videatur  
cōformis. Et idē sentit Durand. Heruæū  
sequutus d. 19. q. 5. vbi affirmat eam rem  
esse veram, quæ secundū esse cognitū est  
sibi ipsi conformis secundū esse natura-  
le. Et ita duo relata sunt res secundū esse  
cognitū, & res secundū esse naturale, in-  
ter quæ relata conformitas est veritas.  
Neq; video, quo dissideant Durand. &

A Heruæ. cū eadē ponāt relata, & relatio-  
nē eandem: nisi dicas in his relatis Her-  
uæū posuisse alterū mensurā, scilicet ens  
secundū esse naturale, & alterū mēsurā-  
bile, scilicet idē ens secundū esse cog-  
nitum; Durand. verò hoc inuertisse: eos  
autem in sententia non discrepare exi-  
stimat Paul. Sonc. 6. Met. q. 17. art. 2. &  
ferè in eadem opinione hæret Henricus  
Gandau. in sua Summa art. 34. q. 5.

B His adijciunt Heru. & Durand. verū  
significare relationē rationis, scilicet il-  
lam conformitatem, qua res vt cognita  
cōformatur cū re ipsa; eamq; relationē  
cōsequi non simplicē intelligentiā, qua  
rem apprehēdimus, sed cōpositam, qua  
facimus iudiciū de re; arbitrantur enim  
verū pertinere ad iudiciū, nō ad simpli-  
cē apprehensionē. Quod documentū alij,  
quibus placet ista sententia, interpretā-  
tur; vt intelligamus, relationē illā cōfor-  
mitatis, quā nomine veri exprimimus,  
fundari quidē in cōpositione, qua iudi-  
ciū facimus de re intellecta; sed forma-  
liter intelligi per simplicē apprehensio-  
nem, vt cæteræ relationes rationis in-  
telliguntur, quarum esse est intelligi.

C Potest autem hæc sentētia explicari,  
si attendamus, quod res vna intelligitur  
pluribus conceptibus, siue notionibus:  
quare sunt rationes obiectæ plures, &  
res vna; & quia illæ plures rationes ob-  
iectæ, quæ in mentis compositione in-  
ueniuntur, conformantur cū ipsa re; di-  
citur vera res, quatenus apprehenditur  
pluribus conceptibus, quibus cognosci-  
tur vt res; & ita obiectū cognitum mē-  
suratur cū re ipsa. Et persuadetur hoc,  
quia voces, quæ significant verū, signifi-  
cant rē ipsam, & nō conceptū rei: est er-  
go vera propositio, quæ significat rē cog-  
nitā, vt est; ergo illud esse cognitum cō-  
formatū cum re, est propria ratio veri.  
Et hoc ipsū postulat ratio veri, vt res ita  
intelligatur vt est: ergo hoc ipsū qd est  
intelligi, vt est, (quod est rem cognitā cō-  
formari sibi ipsi) est ratio ipsissima veri.

D Hæc opinio, præterquam quod valdē  
implicata est, rationis quodā impedimē-  
to quempiā illaqueat; vndē si euadamus,  
apparentē per se ipsam respiciemus ve-  
ritatē: considerandū enim est, quod res  
vt cognita, significat extrinsecā appel-  
lationē, sicut paries visus; verū autē non  
cōparatur cum re secundum extrinsecā  
appellationē, sed secundum id quod in re  
ipsa

esse cognitum,  
& eadem res se-  
cundū esse na-  
turale.

Sonc. Gand.

Heru. Durand.

addunt con-  
formitatem illā  
rationis sequi  
iudiciū de re.

Vasqu. disp.  
76. c. 2. hoc  
explicat.

6.  
3. hæc opinio  
explicatur.

Suadetur.

7.  
Improbatur.

Veritas rei nō  
cōparatur cum  
re secundū ex-  
trinsecam ap-  
pellationem.